





DE
IUDICIIS
QUE
R Ü G E - G E R I C H T E
VOCANTUR

RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINO-
CAROLINÆ MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO DVCE AC DOMINO
DOMINO

C A R O L O

DVCE WIRTEMBERGIÆ ET TECCIÆ rel. rel.
ILLUSTRIS JURE CONSULTORUM ORDINIS
AUCTORITATE
P R Æ S I D E

SIXTO IACOBO KAPFF

IURIS UTRIUSQUE DOCTORE ET PROFESSORE
PUBLICO ORDINARIO

PRO GRADU DOCTORIS

DIE DEC. MDCCLXXIII.

DISPUTABIT

A U C T O R

IULIUS FRIDERICUS MALBLANC

VINIMONTANUS

SUPREMI DICASTERII DUCALIS ADVOCATUS.

TVBINGÆ, TYFIS REISIL.



U. S. C. A. R. O. L. O.

DOMINO

C. A. R. O. L. O.

JACOBO KAPIT

REG. BR. A. D. O. C. O. R. I. S.

JACOBUS FRIDERICUS HALLERUS

Handwritten mark or signature



CONSPPECTUS.

PARS Ima.

DE RUGEJUDICIIS IN GENERE.

INTROITUS

§. I.

Indagatio illorum originis.

§. II.

Ejusdem prolecutio cum divisione inde resultante in antiquiora & noviora.

§. III.

De antiquioribus speciâtim.

§. IV.

De novioribus.

§. V.

Observationes quaedam generales ab utrorumque natura abstractæ.

PARS II da.

DE RUGEJUDICIIS WURTEMBERGICIS.

INTROITUS.

§. VI.

Morum variaz species & divisiones
1) in antiquiora & noviora, horumque, iterum 2) in generalia & specialia.

§. VII.

De Rugejudiciis specialibus.

§. VIII.

De generalibus, sigillatimque origine antiquiorum.

§. IX.

De origine noviorum.

§. X.

Utrorumque differentia.

§. XI.

Ufus hujus distinctionis hodiernus.

§. XII.

De personis iudicantibus.

§. XIII.

De personis denunciandis.

§. XIV.

De iurisdictione iudicis.

§. XV.

De ceteris illius occupationibus.

§. XVI.

De modo procedendi.

§. XVII.

De executione & pœnis.

§. XVIII.

De expensis.

§. XIX.

De institutis quibusdam analogis.

INTROITUS.

Extat in diversis Germaniæ provinciis extraordinarium quoddam Judiciorum genus, celebritate non minus quam insigni utilitate perquam conspicuum, in quibus omnes Jurisdictionis alicujus subditi, statis in anno diebus uno loco convenire, atque non solum delicta pro sine rationeque Judicii sub iuramenti fide revelare denunciareque debent, sed alia etiam ad salutem publicam, Policiam imprimis spectantia publicè tractantur ventilanturque. Quæ instituta licet in essentialibus, in obligatione scilicet ad revelanda denunciandaque delicta, quam mallensium quisque obstringitur, mire conveniant, valde tamen variant circa nomen, quo pro locorum, quibus obtinent diversitate, insigniuntur. Veniunt sæpe sub nomine *der Vogt-Gerichte*, *Ehkhaff-Gerichte*, alibi dicuntur *Jabr-Gerichte*, *Land-Gerichte*, *Dreydinge*, *Ungebotts-Gerichte*, *Quatember-Gerichte*, *Geschwornen Montag*. Plerumque vero *Rüge-Gerichte* vocantur, sub qua denominatione generali in vulgus quam maxime nota sunt.

§. I.

Disquisitio originis Rugejudiciorum aliorumque hujusmodi institutorum, sine cujus diligentiori perscrutatione in explicanda eorum indole ulterius progredi vix poterimus, perquam intricata est, multisque difficultatibus obnoxia. Insignis enim illorum diversitas, quorum alia ita comparata sunt, ut cujuscunque generis delicta in eis denunciari debeant, in aliis vero revelandi necessitas pro ratione sineque Judicii ad certæ cujusdam classis delicta tantummodo restricta sit. Similitudo inter hujusmodi iudicia, ratione originis tamen diversa in multis hodie intercedens, varietas nominis, quod pro locorum diversitate originetenus illis inhæret, ejusdemque generalitas, quæ hæc diversæ originis instituta hodie vulgo comprehenduntur, hanc materiam ita reddiderunt obscuram, ut difficile admodum sit, genuinos illorum fontes invenire, eoque multi inducti fuerint

runt Jcti, ut similia pro eisdem habentes vel plane non vel non
satis accurate a se invicem distinxerint (1). Liceat igitur ex

A 3

(1) Multi multa de origine horum
Judiciorum somniarunt, neque
puduit Jctos, non nisi Romana
foventes, etiam in hoc Jurispru-
dentiae capite miram Juris patrii
ignorantiam prodere, qui insti-
tuta haecce a Romanorum Censu
derivare, ideoque Judiciorum cen-
siorum nomine illa sapissime
insignire haud dubitarunt. Sa-
niora sunt, quae BOEHMERUS
in J. E. P. L. III. t. 39. §. 62. at-
que in Diss. de Obligatione ad re-
velanda occulta c. III. §. 13. pro-
tulit, qui Judiciorum Westpha-
licorum originem a notissimo &
antiquissimo restium synodali-
um instituto derivavit & Rugejudicia
illius reliquias esse putavit. Quam
vero opinionem multis jam refu-
tavit GUST. HENR. MYLIUS,
in Dissert. de Judiciis denun-
tiationis Saxoniae p. 17. tes-
tium Synodali-um reliquias recte
ad Judicia tantum Syndica atque
censuram ecclesiasticam restrin-
gens, neque etiam in Judiciis
Westphalicis illorum originem
quaerens, quum judicia illa Veli-
mica ab innumeris jam decantata
Jctis, tam circa rationem totius
instituti, quam etiam modum pro-
cedendi toto caelo a nostris iudi-
ciis sint diversa. Neque etiam
rem attigerunt illi, qui instituti

nostri originem in antiqua Juris-
dictione colonaria s. fundaria
(*Huben - Gerichtsbarkeit*) quae
non nisi praestationes & poenas
ex dominio oriundas concerne-
bat, invenisse sibi visi sunt. Ne-
glexerunt enim isti magnum atque
insigne discrimen, inter ea, quae
Jure domini & Jure imperii exer-
cebantur Judicia, quam differen-
tiam *der aignen und freyen Ge-
richte* (quorum posteriorum clas-
si sine dubio Judicia, de quibus
in praesenti sermo est, sunt ad-
scribenda) scitu maxime necessa-
riam imprimis commendat L. B.
de SENKENBERG in der *Ab-
hand. von der Kaiserlichen höch-
sten Gerichtsbarkeit* p. 3. Primus
genuinas de rugejudiciorum ori-
gine atque natura lineas duxit
laudatus MYLIUS, qui l. c. §.
5. recte illa distinxit in antiquio-
ra & noviora. Sub prioribus ea
intelligens, quae in diversis Ger-
maniae provinciis tanquam prae-
riorum patriae morum reliquiae su-
persunt & plerumque sub nomi-
ne *der Land-Ehafft- und Vogt-
Gerichte* celebrantur, sub poste-
rioribus vero illa innuens, quae
noviori demum tempore ad imi-
tationem priorum sub expresso
nomine *der Rüge - Gerichte* in-
troducuntur.

antiqua Germanorum Judicia exercendi ratione, pro exiguo vi-
rium modulo, nostram de illorum origine sententiam paucis
exponere, & an olim simile quoddam institutum obtinuerit,
investigare. Notissimum est, jurisdictionem olim in Ger-
mania exercuisse Comites, qui tanquam Judices & officiales pa-
gis sibi assignatis præerant, Judiciaque celebrabant vel ordinaria
vel extraordinaria. Hæc, quoties circumstantiæ emergentes,
moramque non ferentes illud exigebant, citatis in certum diem
partibus, exercebantur. Sub prioribus autem intelligo malla ista
legitima, principalia, quæ convocatis omnibus pagi hominibus,
ter plerumque in anno, statis temporibus celebrabantur, ubi
causæ inter paganos controversæ summarie terminabantur,
in delicta animadvertebatur, & in genere omnia, quæ ad
salutem reipublicæ pertinere videbantur, in conspectu populi
publico agitabantur (2). Comites vero, cum soli decidendis
omnium causis pares non essent, subordinatos sibi habe-
bant Vice-Comites, Vicarios Centenariosque, quorum tamen Ju-
risdictio, cum banno regio sive sanguinis essent destituti, ad
leviores saltem causas erat restricta. Clariora deprehendimus in-
stituti nostri vestigia posteriori ævo, optimumque conspectum
rei iudiciariæ istius temporis nobis exhibet *speculum suevicum*, in
cujus *Jure prov. c. 108. ap. SENKENBERG.* sequentia legimus:
 „ Die erste hand des Gerichts das ist der König, die andere hand des Gerichts
 „ das ist der dem der König leyhet. die dritt hand ist, dye es eynem andern
 „ do leyhet. dye dritt hand mag nicht mehr fürbass Gericht leyhen, das es
 „ den lewten an ir leyhe oder an ir blut vergyessen gange. Obtinebat igitur
 tunc temporis triplex præcipue Jurisdictionis exercitium. Sub
 prima manu intelliguntur Judicia suprema ab Imperatore vel po-
 tius ejus Vicariis sive Ducibus exercita. Veniebant plerumque sub
 nomine *der Kaiserlichen Hoff-Gerichte*, illorumque fata ex professo per-
 secutus est L. B. DE SENKENBERG (*). Secunda manus Iudicia
 provincialia (*Land-Gerichte*) a Landgraviis, Markgraviis aliisque Prin-

1) Capit. L. IV. cap. 57. apud GE-
ORGISCH. p. 1384.

(*) In tota tractatione von der
Kaiserlichen höchsten Gerichts-
barkeit,

Principibus exercita, denotabat (3), quorum genuinam indolem solide exponit GRUPENIUS in *Obs. de Judiciis provincialibus*. Hisce denique, tanquam tertia manus, subordinata erant Judicia minora ab advocatis principum exercita, in quibus de causis subditorum inferioris ordinis cognoscebatur, illorumque delicta puniebantur (4). Veniebant illa inferiora, sub tertia manu in Iure prov. Suev. comprehensa iudicia, de quibus pauca quædam scopo nostro inservientia in præsentî referre constituimus, sub variis nominibus. Vocabantur enim *Vogtdinge* (5), ab advocatis, qui illis præerant; *Botdinge* vel *Buding* (6), quod alii a verbo *Bot*, quod emendam denotat, derivant,

(3) Quælia Judicia in Wurtembergia etiam Canstadii imprimis olim extitisse, erudite præter alios demonstravit Cel. Dn. SATTLERUS in *der historischen Beschreibung des Herzogthums Württemberg* p. 71. fig. 5.

(4) Ill. STRUBEN *Unterricht von Regierungs und Justiz-Sachen* p. 24. ejusdem *Neben-St. P. III. obs. 4. §. 2.* GRUPEN. *de Jud. prov. §. 10.* SENKENBERG l. c. §. 7.

(5) Sub quo nomine præcipue illa occurrunt in *Jure prov. Suev. c. 1 c. 112. c. 395* secundum ed. Senkenb. itemque in Codice antiquo Civitatis Hervordienſis *Schöffenbuch* dicto apud MEINDERS *de Judiciis Centenariis* p. 269. ubi de *Vogtdingio* Hervordienſi notata digna leguntur, aliisque innumeris do-

documentis, infra referendis conf. etiam HALTAUS in *Gloss. voc. Vogtding*. WACHTER in *Glossar.* eodem loco.

(6) Errant, qui *Botdingium* Judicium extraordinarium, partibus specialiter citatis habitum, fuisse putant, illudque iudicio ordinario (*dem ungebotten Ding*) statim in anno temporibus celebrato, opponunt. Utramque enim denominationem iudicium ordinarium certis in anno temporibus habitum denotasse & in mediis ævi documentis promiscue occurrere, testatur GRUPEN. l. c. §. 6. sub illo etiam *Vogtdingium* sæpe intellectum esse, probat *Jus prov. Suev. c. 312.* verbis: *etwan heisset es (das Vogtding) budink.* Varia insuper, in quibus hujus Judicii, tanquam placiti advocati mentione fit, documenta videri possunt

want, quia nempe in illo mores emendantur, alii vero a generali vocatione & mallatione, qua ipsam iudicii celebrationem praecedere solebat; Porro 'Ungeboten Ding', quia subditi quicumque sine speciali singulorum citatione statim atque omnibus notis temporibus uno loco conveniebant, quale praecipue occurrit in *Chronico Laureisheimensi* apud FREHERUM in *thesauro rerum Germ.* p. 79. ubi Uladislavus abbas minori Sachsenheim monasterium in insula Altmünster situm a. 1071. dono dedit verbis „*Et ut familiam eiusdem Curiae ab omni gravamine & molestia immunem redderemus a tribus principalibus mallis quae vulgo Ungeboten Ding vocantur, quibus ad Curtem, Luiterhusen annuatim manuebantur utrorumque consensu omnimodo absolvimus.* Allegatam huius vocis derivationem genuinam esse, diserte etiam probant *statuta Frankenb. ap. SHMINK. in nonim. Hassiae. P. II. p. 748.* ibi: „*Ungebotendingh hait darumbe den namen, das man niemands dahin gebieten sal, als 12u andern Gerichten* „ &c. (7); *Echtding Ehhaffteyding*, quod significat iudicium legitimum ordinarium, determinato tempore habendum, atque in innumeris medii aevi documentis occurrit, inter quae notanda imprimis *transactio Hilleboldi, Episcopi Brem. cum Civitate Bremensi*, apud LUNIG. *R. archiv. P. Spec. Cont. II. Abth. IV. Abs. III. p. 443.* ibi: „*de Vaget schall alle Jar dry echteding hegen den ersten mandach nach den hiligen zwölfften, den ersten mandach nach den hiligen ostern, den ersten mandach nach michaelis* „ immo *Vogtdingia* etiam *Ehedinge* vocata fuisse, docent *tabb. Hermann Marchionis Brandenburg.* quibus a. 1303. Civitati Görlicensi Jura Magdeburgica concessit, ibi: *expedire tamen quendam Judicarium vel Judicii casum, qui Vsigding vel Ehding nominatur ibidem habere* „ apud LUDEWIG. *relig. MSct. T. XII. p. 378.* (8); *Dreydinge*, quia nimirum ter plerumque

possunt apud HALTAUS l. c. sub hac voce OELRICHIUM de *Botding & Lodding. GRUPENIUM* l. c. §. 6.

(7) Ceterum haec denominatio iudiciis advocatorum propria non erat, sed aliis etiam minoribus tribuebatur e. g. *Judicii*

marcalibus, de quibus REINHARD de *Jure forest. Germ. nec non de Jure in Germ. celeberrimo Märkerrecht dicto p. 170. SCHAZMANN de Judiciis marcalibus p. 47.* (8) *Conf. etiam Jus prov. Sued. t. 88. Cod. Jur. Hamb. a. 7. n. 6. apud WEST-*



que in anno iudicium celebrabatur (9); *Iahrdinge*, quæ quidem appellatio novior est, advocati tamen iudicio etiam tribuitur (10) & ab annua illius celebratione sine dubio originem trahit. Denique sæpissime etiam *Landdinge* vocabantur, quæ denominatio, licet iudicii prov. maioribus propria fuerit, haud raro tamen etiam nostris iudiciis advocatorum tribuebatur (11), uti in genere de nominibus hisce tenendum est, non semper eadem significatione in mediæ ævi documentis illa occurrere, sed sæpe etiam iudiciis prov. maioribus tribui, sicuti illorum vicissim appellationes ad inferiora nostra placita haud raro transferebantur. Iudicia vero ipsa exercebantur ab advocatis Gograviiisque (12), sub quibus intelligo Iudices ordinarios a Princi-

pe

WESTPHALEN p. 3005. *Statuta Stadens. P. I. a. 10.* apud SENKENB. in *Selektis T. VI. p. 293.* HEUMANN de *Iudiciis communit. quæ vulgo Ehkhafft-Gerichte vocantur.*

(9) Quod nomen occurrit in Dipl. de 1286. ap. SCHIFORDEGHER de *Iure & Iurisd. Silesiæ. Qu. 5. p. 38.*

(10) In dem *Schöffien Weisthum* 2u *Irshde* 1497. ap. SENKENB. *Sp. IV. medit. Iur. publ. p. 720.*

(11) v. *Ius prov. Suv. c. 102. n. 2.* SENKENBERG l. c. §. 4. HALTHABUS sub hac voce.

(12) Vocabulum enim *Gogravii* præter innumeras, illius significationes, quas indicat GRUFENIUS in *Obs. de Gogravii von Goslap* §. 5. denotat quoque advocatum omnimoda s. ordinaria iurisdictione instructum, quod probat codex civitatis Hervord.

alleg. ap. MEINDERS l. c. ibi: *de hogste Richtere to Hervorde, dat is de Gogreve, wente he richtet to Hande und to Halsse und dinget unter Königsbanne, &c.* a quibus distinguendi Gogravii rusticorum (*die Baurmeistere*,) temporarii plerumque, & a rusticis ipsis electi, qui iidem sub nomine *der Vogtdinge*, iudicia legitima celebrabant, ibi vero de delictis tantum levissimis cognoscere, & ob delictum, quod vocabatur, *Handhafte That*, si quidem fuerit levius, statim curis & capellorum pœnam infligere poterant. v. *Ius prov. Sax. L. I. a. 2. 55. 56. L. II. a. 13. L. III. a. 64. sec. edit. GERTNER.* Commode cum hisce Gograviorum iudiciis comparari possunt, quæ hodiernum in Bavaria præcipue sub nomine *der Baur- und Eh.*

B

Eh.

pe civitati vel districtui cuidam, seu praefecturae praepositos. Competebat illis plerumque ordinaria, tam civilis, quam criminalis iurisdictio, quae non erat ita limitata, uti antea fuit centenariorum potestas iudiciaria, ad leviores saltem causas (zu Haut und Haar) restricta. Quemadmodum enim sensim sensimque principum potestas crevit, altioresque radices egit, ita etiam liberiores illi erant in confirmendis advocatis, concedendaque illis potestate iudiciaria, quibus criminalem praecipue iurisditionem concessam, eamque in iudiciis nostris exercitam fuisse, luculenter patet ex iure provinc. suv. c. 395. ubi de Vogttingis peculiare extat caput, sequentia disponens: „so sol ein Vogt richten alle freveln und wunden und schwerdzuben und umb den tod selilag und umb heimsuchen und was fraelin und unzucht ist oder heysset.“ Cum quo conspirat dipl. Heusdorf. de a. 1255. in Thuringia sacra p. 344. ibi: „quod advocatus habeat duo iudicia que Voigt ding a vulgo nominantur, unum in octava beate Walpurgis, reliquum in octava Martini Et quod Judicare debeat sine capcione, que vare vulgariter nominatur, Et hec indicabit effusionem sanguinis, homicidium, furtum, rapinam, incendium nocturnum (13). Immo reservatam illis subinde fuisse causarum criminalium cognitionem, docent complures medii aevi

Ehshaff-Gerichte; a rusticorum magistris exercentur iudicia legitima, annalia; infra pluribus describenda.

(15) conf. etiam Codex Civitatis Hervorodienfis, saepe jam allegatus, circa a. 1350. circiter conscriptus; ap. MEINDERS de iud. Cent. p. 269. distinguunt tamen leges medii aevi inter principes ecclesiasticos, laicosque. Illis non licuit iudices suos cum banno majori, seu sanguinis investire, uti tempe procedi poterit

ad poenam privationis vitae, aut effusionis sanguinis, sed iudices suos ad Imperatorem, ut bannum ab eo acciperent, mittere, vel si eo ire recusabant, nuncium ad regem delegare debebant, ut potestatem hancee iudicandi per Diploma concedat. Quibus vero ambagibus non opus habebat laicus Princeps, qui advocatum suum ipse banno majori investire poterat, secundum *Ius feud. prov. suv. c. 87. §. 2. Ius feud. suv. c. 17. a. 8.*

chartæ (14). Præterea vero eisdem advocatis civilem etiam competisse iurisdictionem, sigillatimque lites super rerum immobilium dominio non nisi coram Vogtdingio ventilari, neque illarum alienationes alibi insinuari potuisse, diserte probat ius prov. suev. c. 312. verbis: „*on des Vogtsding mag nyeman sein aygen lungeben dar es krafft mag haben. Es antwortet auch kein mann umb seyn aygen, ob man in verkaget vor gericht ee in Vogtdinge ob ers in seiner gewehr hat, et wann thisset es budink.*“ Nec denique Politicæ cura a Vogtdingiis plane remota fuit. Quamvis enim secundum ius provinciale Saxonicum iudicio Gogravii (*des Baurmeisters*) præcipue illa adscriberetur, itemque secundum ius prov. suev. Burkgravio, qui cum Gogravio Sax. idem erat, illa commissa esset (15), advocati tamen minime a huiusmodi negotiis exclusi erant, sed suprema semper politicæ inspectio illis competeat, statutaque varia in huiusmodi rebus, oeconomicisque ab illis condita fuisse, demonstravit STRUBEN in *den Nebenstunden Abh. 5. S. 5.* Advocati tamen causas obvientes non soli decidebant, sed consilium scabinorum a civibus electorum adhibere debebant, quibus incumbebat sententias invenire, illasque advocato suppeditare, qui nihilominus solus pro iudice habendus erat, quoniam is, qui sententiæ editionem mandabat, iudex censebatur, minime vero ille, qui eam inveniebat (16). Consuebant igitur, tempore Vogtdingii celebrandi, quod tribus plerumque in anno vicibus fieri solebat, omnes Jurisdictionis

B 2

sub-

(14) c. g. Charta Henrici Dni de Rostock de a. 1226. ap. SCHRÖDER. in *papistischen Mecklenburg* p. 546. Charta Ioannis Dni Magnop. de 1248. ap. eundem p. 633. aliæque.

kauff, wa man den findet, ut über alle leibnahrung. Ius prov. Sax. L. II, a. 13.

(15) Ius prov. suev. c. 116. §. 2. ibi: *ein burkgrav sol richten über unrechte wag über all unrechte meß, und über allen unrechten*

(16) de scabinis hifce v. STRUBEN l. c. SENKENBERG in *Parerg. Götting.* p. 130. PUFENDORFF de *Iurisd. Germ.* p. 783. illustr. de SELCHOW de *advocatis &c. in selenis Iur. germ.* p. 559.

subditi (17), pravia manitione generali, ab apparitoribus facta (18), iudiciumque pro more maiorum vel sub dio, & in loco editiori, qui mallus vocabatur, vel etiam turbida tempestate in ecclesiis celebrabatur (19). Initium fiebat mit der *Hegung des Gerichts*. cum solemnibus scilicet interrogationibus, an tempus, & reliqua requisita, ad constituendum iudicium necessaria, rite sint observata, quibus accedebat solemnis tumultus strepitusque garrientium aliorumque factorum indecentium prohibitio (20). Tum vero plerumque iura omnibus observanda publice recitabantur (21), quod quam maxime necessarium erat isto tem-

(17) Mallenses nempe, (*die dingpflichtige*) atque secundum Ius prov. luev. P. I. a. 2. XXI. annos habentes primum in Vogtdingio ad numerum virilem obendum sese praesentare, civitatisque partes profiteri debebant, ibi: *und das ein yeglich christen Mensch, das zu seinen tagen kommen ist, das sol dreyn und in dem Jar das Vogtding suchen in dem hylumb da er gesessen ist, oder in dem Gericht, da er gut inn hatt.* Conf. etiam stat. Lubec. ap. Westphalen T. III. p. 622. ibi: „tribus vicibus in anno erit conventus legitimi placiti Et omnis qui possessor est proprii Caumatis comparebit.

(18) Ius prov. luev. c. 395. ibi: „da Gericht ist, da soll ein bythel sein oder mer dann einer, der soll das Vogtding biethen.

(19) Quod admodum graviter tullisse sacerdotes parachosque

probat Recessus Concordatorum Monachienstum apud HUND. in Metrop. Salisb. P. I. p. 65. ibi: „si praefecti iudices provincialesque seculares, cum possessio daretur clericis, aut annui celebrantur rusticorum conventus, quos Ehafften appellamus, sacerdotibus aut parochis graves fuerint huc usque id ut in posterum ne fiat Et tales conventus in parochialibus aedibus non amplius celebrentur, per Serenissimum sedulo curabitur.

(20) de quo v. Cod. Herv. cit. apud Meinders p. 277. GRUFEN in Obs. p. 844. GÖBEL de hing. quibusd. praed. rust. P. 148.

(21) v. Ius Caesareum apud SENKENB. P. II. c. 47. ibi: „dorch daz ich bisser gewonheit sy unn heysse falsch; so hat der keyser allen den geboden, di des richs fredin und ern tneyment,

tempore, cum plebeja inferiorisque conditionis homines plerique scribendi & legendi scientia plane fuerint destituti. Quo facto deinde mallentes omnia deferre tenebantur delicta, quibus Jura Imperatoris principisque & salutem in genere publicam quovis modo infringi credebant (22). Hac denunciandi obli-

B 3

ment, daz si das Riche bewarn und also und alwege drey stund in dem Jar, ez sy in steden, in borgen in dorffen, daz die amtlude und die geschworn den luden sollen ezu houffe ruffen ezu mynsten drey stundt in dem Iare, unn sollen sy beschaiden wy si des riches sazungen nach erme rechte halldim sollen med rechtem frede an libe an gude darzu an rechtfertigem leben. conf. etiam dipl. de a. 1417. ap. REHTMAYER in Chron. Brunsv. p. 705. PUFFENDORFF de iurisd. Germ. p. 63.

(22) Elegantia sunt, quæ de hac denunciandi obligatione leguntur vestigia in *Jure Cæs.* apud SENKENB. P. II. c. 119. ibi: „der keyser hat in etlichme lande ume eyne borg oder ume eyne stat legende ezeyn dorff oder ezweisse und hat ober der dorffe terminunge eynen man gesezt der se bewarn sal dy in den dorffin woonhafftig sin noch dez keyfers bescheydenheyt unn noch der lude nutz nu ist (etlichen ludim

bescheyden in den dorffin gemeynlich) eyne sunderliche stat dair dy lude von den dorffin usgen ezu aller zit also ez den ludim unn den landim nod thut dy do ynne wonen. dorth daz man do RUGE allex daz verborgen ist. daz dem lande schedelich sy unn auch den dorffin. daz man das abelge also dem riche wol geexeme an den litten nutzlich sin und ouch den dorffin daz keyn errunge werde an dez keyfers rechte ume eygen ader ume erbe ader ume ander sache daz man die verrichte nach dem rechtin. &c. conf. Idem in praef. ad Corp. Jur. Germ. T. I. §. 61. ubi hæcce advocatorum iudicia pagentia Rüge - Gerichte vocare haud dubitavit. Generaliora sunt, quæ de obligatione denunciandi sanxit *Jus Cæs.* P. I. c. 13. ibi: ein ichtlich Mensch sal wissen daz der keyser had geboden unn gesarzt, daz ein ichtlich Mensch sal vor den Keyser brengen waz eme geschit ezu Leyde von den andern und enthede he dez nicht, der Keyser sezte en mit Rechte in sin finsternisse und ist der selbin
buis

obligatione Scabini rusticorumque magistri præcipue erant ob-
aricti. Delicta vero denunciata secundum leges & observantiam
pro more istius ævi plecebantur, iudiciumque cum solemnibus
iterum interrogationibus, an omnia rite sint peracta, finie-
vatur. Multa adhuc de modo procedendi ritibusque in Vogt-
dingio usitatis heic referre potuissim, quæ tamen cum partim ge-
neraliora sint, & ingenere ad statum iudicarium istius ævi spe-
sent, partim vero dissertationis hujus limites longe excederent,
lubens præterivi (23). Sequenti vero tempore, usi cum incre-
mentis iuris peregrini tota res iudiciaria Germaniæ insignem
passa est mutationem, ita circa advocatorum iudicia non poterat
non idem contingere. Postquam enim superioritas territoria-
lis, latius jam vires suas extendit, exercitiumque regali-
um iurium accuratiorem desideravit administrationem, id, quod
antea iudiciis provincialibus commissum erat, institutis Can-
cellariæ collegiis demandabatur. Quumque iura peregrina sum-
mariarum illam, tumultuariarumque sæpe, qui antea in iudiciis ob-
tinuerat, procedendi litesque terminandi modum ferre non pos-
sent, constituta varia iustitiæ collegia, iudiciaque Curiarum, in
quibus

*busse schuldig dy der yene schul-
dig is der den frede an eme ge-
brochen hat. Immo gravissima
illis imminabant pœnæ, qui de-
licta, a concivibus commissa, do-
lose conticebant. secundum
Ius Caes. P. IV. c. 17. ibi: der
Keyser hat verbodin by dez Ri-
ches holdin allen den dye sich Obels
unn gudes vorsteen, dy daz gu-
de minnen unn daz obel mydin
waz se sehen daz den luden sche-
delichin sy unn dem Riche laster-
bare daz sy daz brengen vor dez
Keysern ougen daz daz Riche icht
betrabet werde. und ouch daz*

*by ezidin er ez sich vorge unn dy
wile ez ist zit ezu richtene. wer
dez nicht enthut unn wel nicht ro-
gen daz lasterbare ding, wert
me de dez dewar, me sal eme
dazselbe thun daz man eme thede
ob me begresse dy dy obel ding
thun. sint geserebin stet, me sal
dy bossin melden daz se under wer-
den gethan. Add. Jus Caes. L. II.
c. 62.*

(23) conf. HOFFMANN de mo-
do Jud. priv. exercendi apud vet.
Germ. HAUSCHILD Gerichts-
Verfassung der alten Teut-
schen.

quibus causæ, instructo secundum præscriptum iuris peregrini processu, accuratius ventilabantur. Cessarunt igitur ab isto tempore sensim sensimque iudicia provincialia, vel, si mavis, in longe aliud iudiciorum genus transformata sunt (24). Idem etiam circa iudicia advocatorum s. Vogtdingia, quibus ordinaria plerumque iurisdictio omnimoda antea competierat, isto tempore accidit. Quum enim præter allegatas jam rationes Civitatum potestas, ob magnas, quas acquisiverant divitias, fœdera inter se inita, aliasque ob causas magis magisque auferetur, eaque varia & insignia iura sibi arrogarent, eo tandem res devenit, ut etiam iurisdictio primum civilis, dein criminalis sub variis titulis in illas transferretur (25), inde a quo tempore advocati in plerisque civitatibus imperialibus plane cessarunt, in reliquis vero mediatis, superioritati territoriali subjectis, quidem manserunt, iudicis tamen officio non amplius fungebantur, sed tanquam meri officiales atque custodes reliquorum principis regium considerandi erant, relicto iurisdictionis ordinariæ exercitio

(24) GRUPEN l.c. §. 15. Sic etiam in Wurtembergia causa, iudicio provinciali antea commissa, ab anno circiter 1360. demandabatur noviter instituto Cancellaria collegio dem Land-Hoffmeister und Râthen) conf. SÄTTLER in der Wurtemberg. Geschichte unter den Grâffen 4te Fortf. p. 100. sq.

(25) Sic in civitate Brunsvicensi Vogtdingia s. iudicia legitima ab advocato principis fuisse celebrata, dein vero senatui urbis relicta notat LEIBNIZIUS rer. Brunsv.

T. III. p. 16. Jam anno 1293. ALBRECHT Comes de Gleichen vendebat advocatiam suam cum iure, quod Vogtdingen vulgariter appellatur, Consulibus civibusque erfurdensibus, MENKEN rer. Germ. T. I. p. 541. Quo tempore Civitates Wurt. iurisdictionem tam civilem quam criminalem acquisiverint, accurate determinari non potest. Hoc tamen certum, sub finem seculi XIV. in plena iam utriusque possessione illas fuisse. v. BURKARD Würtemb. Kleblatt dreyer priv. Urk. 2. 4. 7. 9.

citio Civitatum collegiis, quæ causas obvenientes, instructo secundum iura peregrina processu, decidere cœperunt (26).

§. II.

Attamen licet ea, quæ antea Iudiciis provincialibus Vogt-
dingiisque cognoscenda competebant longe diversis collegiis iudiciisque ab isto tempore fuerint commissa, illorum nihilominus memoria non plane exolevit. Extant enim hodiernum in diversis Germaniæ provinciis variorum nominum iudicia, quæ animadversioni leviorum imprimis delictorum destinata, ab Officialibus plerumque principum, convocatis itidem universis communitatum sociis, denunciandi obligatione obstrictis, statim in anno temporibus celebrantur, & tam circa nomen, quam formam modumque illa celebrandi, clarissima produnt antiquitatis vestigia, ita ut pro reliquiis antiquorum, quæ allegavimus iudiciorum, iure meritoque haberi debeant, licet negari non possit, umbram illorum tantum superesse, quum pristina illa provincialia & advocatorum iudicia, tam ratione splendoris, quam causarum, quæ ibi peragi solebant, gravitatis, ab hodiernis illorum reliquiis longissime differant, in quibus præter Politia curam, illis imprimis demandatam, de delictis tantummodo levioribus potest cognosci, graviorum contra animadversio, plurimarumque causarum civilium disquisitio iudiciis ordinariis relicta est. Immo ordinaverunt ad illorum imitationem noviori demum ætate complures Germaniæ Principes, in signi huius instituti præstantia edocti, similia iudicia, sub expresso nomine *der Rüge-Gerichte* (27) quæ antiquioribus illis institutis auxiliari-

(26) v. illustr. de SELCHOW de
Advocatis &c. in electis Iur. Germ.
p. 555. sq.

(27) Mirum in modum exeruciantur se interpretes in explicanda origine vocis, *eines Rügen-Gerichts*. Alii enim ab antiquo verbo *Rua*, quod quereum denotabat, illam derivant, quia nempe iudicia pleraque prope ealem arborem celebrantur; alii a verbo *rache*, quod sc. delicta vindi-

res quasi manus præsentia, convocatis, ad illorum exemplum communitatum incolis, hac etiam occasione delicta revelandi obligatione sub iuramenti fide obstrictis, quatuor plerumque in anno vicibus celebrantur, & ab antiquioribus fere non differunt, nisi quod rugeiudicia hæcæ noviora ritus, relictos antiquos in priorum celebratione adhucdum usitatos, respuant, & præter delictorum, proprie sic dictorum animadversionem, imprimis etiam morum castimoniam intendant, ideoque non delicta solummodo stricte talia ibi deferri plectique, sed &

vindicentur. Nos vero Ill. DREYERO assensum præbere haud dubitamus, qui in den *Abhandl. zum teutschen Recht* p. 741. vocis huius originem, aut a verbo antiquo *ruogen*, denunciare, aut ab antiqua voce *wrogen*, solemnibus scilicet interrogationibus olim in istis iudiciis usitatis, derivat. Vox *rügen*, in innumeris documentis legibusque antiquis occurrit, nullibi vero *eines Rügengerichts* mentio fit, quod nomen, quantum quidem constat, prima vice legitur in *Ordi. Cens. Würt.* de a. 1567. a Duce CHRISTOPHORO promulgata, infra pluribus illustranda, quam demum in aliis territoriis alia complares huiusmodi ordinationes secutæ sunt. Thesin hanc de rugeiudiciorum stricte talium origine non subruunt, quæ in antiquo Cod. Bav. 1346. t. 21. l. 1. *von abge-*

schaften Rügungen leguntur. Secundo enim ibi non est de rugeiudiciis, sed de inquisitionibus secretis, westphalicis non dissimilibus, quod extra omne dubium ponit HUNDIUS in *bayrischen Stammbuch* P. II. p. 408. ibi: *Rügungen seynd inquisitiones gewesen alenthalben im land jährlich gehalten und die lewt auf anderer mishandlung heimlich inquirirt, woraus große feindschaft und unrath erfolgt derhalb von Herzog Albrecht in bayern gänzlich aufgehbt a. 1365. laut des 2ten Briefs der landfreyheit.* Neque illorum opinio, qui sub Rugegraviis præfides certorum Rugeiudiciorum sibi fingentes, iudicia quædam sub nomine *der Rügen-Gerichte* olim obtinuisse, contendunt, refutationem meretur, cum satis superque notum sit, quantis difficultatibus vocis *rüggravi* vel *rauggravi* genuina derivatio subicit.

C

alia facta indecentia castigari, illique imprimis denunciari debeant concives, qui vitam degunt luxuriantem, contra religionis atque decori præcepta impingentem, bonisque moribus ita adverſam, ut aliorum etiam corruptio, generalisque morum labes non sine ratione metui exinde poſſit. Optimo igitur iure iudicia noſtra dividuntur in *antiquiora & noviora*, quorum priora, ſub nominibus antiquis adhucdum florentia, a priſtina, quæ apud maiores noſtros obtinuerat iudicia exercendi ratione, originem trahunt, & tanquam illius reliquiæ, hodiernum cum antiquis quibusdam ritibus habentur; poſteriora vero noviori demum tempore circa medium sæculi XVI. ſub expreſſo nomine *der Rügen-Gerichte* editisque in hunc finem peculiaribus ordinationibus, quas vocabant *cenſorias*, introducta ſunt. Cuius diſtinctionis uſus in utriſque inſtitutis explicandis perquam præclarus eſt (28), quoniam ob inſignem illorum in eſſentialibus conſonantiam, ſub generali nomine *der Rügen-Gerichte* hæc diverſæ originis inſtituta vulgo intelliguntur, id quod ſine dubio genuinam illorum indolem haud parum obſcuram reddidit (28).

§. III.

Ut vero ſcopo noſtro propius accedamus, & quid hodie imprimis obtineat, accuratius diſpiciamus, pauca quædam iudiciorum huius modi exemplâ iam alleganda ſunt (29). Agmen hæc iure meritoque ducunt

(28) conf. Ill. MESSER *in der Einleitung zur peinl. Rechts-Gelahrheit* p. 21.

(29) Talia vero hoc ordine tantum recenſebo, quæ ad certam delictorum ſpeciem non ſunt reſtricta. Limites enim ſpeciminis academici non permittunt, ut ea, quæ ob ſpecialia facta illicita diverſis in locis obtinent recenſeam. Ita e.g. *die Hügemahe in Thuringia im-*

primis obtinentia, delationi præcipue damnorum arvis illarum deſtinata. In hanc quoque claſſem referendum eſt *das Botding, Hællæ Suev. ſecundum Ordinat. ſublinariam de Anno 1482.* ap. L. U. NIG, in *Arch. &c.* p. 581. tribus in anno vicibus ſalinarum gratia habendum. Omnes operarii, etiam non citato denun-

ducunt iudicia legitima, quæ in terris *Brunsvico Luneburgensibus* *Bremen-*
ibusque sub nomine *der Landgerichte und Boddings* adhuc dum florent
& semel plerumque per annum ab officialibus celebrari solent (30),
Omnes jurisdictionis seu præfecturæ subditi sub multæ pe-
riculo comparere tenentur (31), exceptis iurisdictioni patri-
moniali nobilium subiectis, & colonis, qui *Gerichts freye Höyer*
vocantur (32). Quæ occasione, non solum arma, quibus
quemque instructum esse decet, sed & laternæ instrumenta-
que, ad restinguenda præcipue incendia necessaria, sunt osten-
denda. Initium iudicii plerumque fit cum solemnibus inter-
rogationibus & solemnibus tumultus strepitusque prohibitione,
cuius formulam exhibet SCHOTTELIUS citato loco. Denun-
ciat deinde unusquisque subditorum, quæ ipsi innotue-
runt delicta, a concivibus commissa, aliaque ad promovendam
salutem publicam spectantia proponit. Quo facto, non solum
intuitu eorum quæ durante iudicio revelantur, sed & aliarum,
quæ per totum annum factæ sunt, denunciationum, pænæ legibus
conformes a iudice & scabinis decernuntur, alique navi corri-
guntur, omnia vero, durante iudicio acta, atque conclusa, in pro-
focollum redacta publicantur, accedente simul legum princi-
pium recitatione. His peractis, & facta etiam capitum,
quæ præsentia fuerunt, enumeratione, iudicium adhibitis iterum
solemnibus ritibus finitur (33). Splendidissima sunt, quæ in *Duca-*
C. 2

denunciare debent, indecentia
quævis in salinis commissa fa-
cta non minus, quam damna
istis quovis modo illata.

(30) Quorum elegantissimam de-
scriptionem exhibet SCHOTTE-
LIUS in libro, de singularibus
quibusdam & antiquis in Ger-
mania iuribus p. 581. Iq. GRU-
DEN I. c. p. 804.

(31) v. priv. Ern. Aug. Elect.

Brunv. C. de Pl. datum dd.
25. Aug. 1696. ap. PUFFEN-
DORFF I. c. p. 335.

(32) de quo vide relationem Canc.
Stadens. ad regimen dd. 11. febr.
1722. apud PUFFENDORF I. c.
p. 336.

(33) Quæ omnia accurate descri-
bit SCHOTTELIUS I. c. p. 583.
Iq.

in Cellensi quotannis in singulis praefecturis habentur huius generis iudicia provincialia, quibus regulariter praesidet magnus advocatus Cellensis (34). Praeter curam & inspectionem rerum, ad principalem aconomiam spectantium (35) praecipuum eorum obiectum constituit leviorum delictorum animadversio, quorum vero discussio, ne nimium temporis absumat, a singulis praefectis adornari debent iudicia preparatoria (*Vor-Gerichte*) in quibus delictorum leviorum, durante anno denunciatorum, cognitio instituenta, penaque delicto conformis dictanda, quae deinde in iudicio prov. solvenda est, nisi condemnatus exceptionibus satis idoneis liberare se possit (36). Ob eandem etiam rationem, & ut advocato magno de multarum qualitate, rite constare possit, sanctum, ut earum indices (*Bruch-Register*) in ipso iudicio prov. magno advocato una cum protocollis exhibeantur, ut tanto faciliori negotio de pena moderatione iudicium ferri possit. Simile quoddam iudiciorum genus *academia Lipsiensis* sub nomine *eines Lehr-Gerichts* in pagis suis exercet, convocatis itidem quibuscunque communitatum membris, antiquis ritibus adhibitis celebrandum. Cuiusvis generis delicta haec denunciari debent (37), quae deinde quadruplici ordine ad iudicem referuntur (38) ab eoque, si sint leviora, puniuntur. Clarissima, non minus ac venerabilia antiquitatis vestigia pro-

(34) v. illustr. de SELCHOW
de advocatis *Et iure magni ad-*
vocati in Dur. Cellens. in select
iur. Germ. p. 606.

(35) Quas recenset Rescriptum
magni advocati dd. 22. febr.
1739. ap. Dni. DE SELCHOW
l. c. p. 607.

(36) Corp. const. Cellens. p. 630.
PUPENDORF in *proc. Crim.*
Brunsv. Lüneb. c. IV. §. 25. p. 23.

(37) conf. *Dorffs Ord. des Raths*
zu Leipzig, in SCHNEIDERI
Chron. Lipsf. p. 642.

(38) v. richtige Anweisung, wie
auf löbl. Universität Leipzig
dorffschafften das Iargericht je-
desmal gehalten werden solle de
a. 1712. §. 8. ibi: die vier Rügen
werden nach einander durch
die Gerichts Schöffen gehoben.
die erste Rüge betrifft an die ge-
meinde. die andere Rüge ist für
die einheimischen. die dritte Rüge
gehört für die privat Perso-
nen. die vierte Rüge gehet die
auswärtige an.

prodit iudiciorum genus sub nomine *des angebotten Dings in Haff-
sa* florens, cuius peculiaris extat ordinatio, cui titulus: *Fürst-
lich Hessische Ungebotts - Ordnung, wie solche iederzeit bey dem Ge-
richt ist verlesen und von Ihro Hochfürstl. Durchlaucht Herrn Landgraffen
Georgen christmildesten Gedächtniß sub dato 20. Dec. 1640. renovirt und be-
stättigt worden* (39), qua non solum de solemnitatibus, durante iu-
dicio observandis, notatu digna leguntur, sed etiam, præ-
ter delictorum quorumcunque denunciationem, subditis se-
terio iniunctam, variæ dispositiones ad politiam spectantes, non
contemnendæ, occurrunt. In tractu quoque *Norim'ergensi* sub
nomine *der Ehkhafft - Gerichte* legitima huiusmodi quotannis ce-
lebrantur placita, in quibus, præter cæteras his iudiciis proprias
occupationes, animadversionem nempe delictorum legumque
recitationem, id imprimis singulare deprehendi, quod illa
causas etiam civiles non plane arceant, finitoque iudicio
principali iudicia nonnulla quasi suppletoria (*Nach - Gerichte*)
celebrari soleant, in quibus eæ, quæ durante illo ob tempo-
ris brevitatem decidi non potuerunt, causæ ventilantur finiun-
turque (40). In terris *Nassoviensibus* eminet simile annuum insti-
tutum, sub nomine *des geschwornen Montags* (*) celebre, ubi præ-
ter delictorum denunciatorum animadversionem novi im-
pris cives homagium præstant, agrorum limites visitantur, contra-
ctus super rebus immobilibus initi infinuantur, librisque publicis
inferuntur, in res officinarum inquiritur, & in genere politia cura
inter principales iudicii occupationes refertur. Neque silentio
inter principales iudicii occupationes refertur. Neque silentio
inter principales iudicii occupationes refertur. Neque silentio
inter principales iudicii occupationes refertur.

C 5

(39) HALLWACHS de Centena
illim. adj. sub lit. a.

BAHN in der Beschreibung von
Frauenstein p. 164. & 167.

(40) De quibus v. Ord. Iud. oppidi
Altorf. de 1572. ibi: *wie viel
man Ehkhafft - Gericht halten soll.*
apud HEUMANN, de Iudiciis
communis. p. 35. aliorum quoque
huiusmodi iudiciorum, novio-
ra quædam exempla exhibet

(*) Cuius amplam descriptionem
novissime exhibuit auctor der
*Abhandlung vom geschwornen
Montag oder denen Rüge - Ge-
richten an der Lahne. Mar-
purg. 1768.* qui ex politia im-
primis regulis rem illustrat.

heic prætereunda sunt Vogtdingia *Lubecensia* (*) & quæ *Silesia* sub nomine *der Dreydinge* (41) adhucdum habet iudicia denunciatoria, iudiciumque, quod in *Diœcesi paderbornensi D Ubragae* quotannis de delictis inquirendis puniendisque exercetur (42). Quorum iudiciorum classi si non accensenda, indicanda tamen sunt, quæ in *Bavaria* sub nomine *der Ehhaßl-Gerichte* (43) quotannis haberi solent, in quibus, omnibus pagorum incolis præsentibus, præcipua legum capita, communitatumque iura publice recitantur, delicta vero leviuscula tantum & damna imprimis arvis illata vindicantur. Majori iure huc referri poterunt *die Jahr-Gerichte* in territorio *Hohen-Merano Hechingensi* non incognita, quorum mentionem facit Ill. MOSERUS (**).

§. IV.

Ab antiquioribus transeo ad noviora, illaque iudicia, quæ in diversis Germaniæ provinciis sub expresse nomine *der Rüge-Gerichte* florent (44), ex quorum agmine quædam tantum, nota-

(*) Quorum formulas exhibet ESTOR in *der teutschen Rechtsgelahrtheit* T. II. §. 6082. p. 923.

(41) Articulus huius iudicii vid. apud WEINGARTEN in *fi-siculis diversorum Iurium* Tom. II. p. 356 - 362. atque SEIDEL de *Iuribus circa proc. for. in Silesia*, ibique cit. SCHIFFORDEGER de *Iure & Iurisd. Silesiæ* Qu. 2. p. 26. extat etiam *ein kurzer Unterricht von dem Dreyding wie dasselbe vor alters gehalten und noch gehalten werden sollte.*

(42) Singulares plane istius iudicii ritus exhibent GERIKE in *præf. ad SCHOTTEL. & HOFFMANN in spec. Iurispr. Symb. vett. Germ.* §. 27.

(43) De quibus v. HOND. in *bayerischen Stammbuch* P. II. p. 401. & ERTELUM in *Pravi aurea Iurisd. inferioris.* c. I. obs. 5. HEINECCIUM in *elementis Iur. Germ.* T. 2. p. 424.

(**) *Von der Landeshohheit in Re-gierungs-Sachen* p. 344.

(44) Neque etiam heic de ruge-iudiciis specialibus, certæ tantum delictorum classi destinatis, loqui, insignis materiæ ubertas permittit. Sufficiat unicum, quod *Norimbergæ* obtinet rugeiudicium allegasse, dirimendis opificum controversiis destinatum, de quo LINK de *iudiciis reip. Norimb.* p. 59. Neque iudicia sub nomi-

tu imprimis digna, breviter commemorabo. Primum locum iure suo occupant *Rugeiudicia Wurtembergica* a. 1567. sub isto nomine primum quantum constat in hoc Ducatu instituta. Quum vero specialio rem eorum descriptionem, infra exhibere con-stituerim, progredior ad alia quaedam huiusmodi iudiciorum exempla, inter quae conspicua imprimis sunt rugeiudicia *Saxo-Gothana*, ad imitationem Wurtembergicorum ita efformata, ut ab his, tam ratione essentialium, quam formalium discerni fere non possint, integrumque institutum ex ordinatione censoria Wurtemb. desumptum, huiusque verba in altera repetita videantur (45). Haberi debent haec iudicia quatuor in anno vicibus, ibique non tantum omnes pagorum incolae quaecunque delicta ipsis nota revelare tenentur, sed hac imprimis denunciandi obligatione ii obstringuntur, qui peculiari funguntur munere, quales, v.g. sunt civitatum communitatumque famuli, lictores, vigiles nocturni, portarum arvorumque custodes &c. Immo ne quidem per hoc scopum huius iudicii omni ex parte obtineri posse crediderunt Serenissimi legislatores *Gothani*, sed in qualibet, ubi rugeiudicium haberi debet, communitate, quosdam insuper viros, probitate imprimis conspicuos, iuramento ad id obstringi iusserunt, ut in concivium vitam clam attendant, omniaque delicta legumque transgressiones, ipsis innotescentes, in iudicio deferant (46).

Præ-

nomine *der Fünffer und Hader-Gerichte*, passim obvia, & *Norimbergæ* quoque usitata, huc spectant. Quae licet itidem cum delictorum quorumcumque animadversione occupentur, iudicii tamen ordinarii instar delinquentibus solummodo, iisque specialiter citatis, singulis hebdomatibus exercentur. ideo a rugeiudiciis nostris longissime differunt.

(45) Quod probat *Ordinatio Cens.*

Saxo-Gothana in der Gothaischen Gerichts und Proceß-Ordnung p. 242. sub tit. Ordnung wornach die eine Zeitlang hier unterlassene, nunmehr aber auf Fürstlich gnädige Verfügung aller Orten wiederum bestellte Rüge-Gerichte regulirt, und gehalten werden sollen, publicirt im Jahr 1646.

(46) *Ord. Cens. l. c. §. zum fünfften.*

Præterea huius iudicii assessoribus serio iniunctum est, ut factorum etiam denunciatorum circumstantias antequam pœnam dicent, diligenter ponderent, beneque confiderent, annon ira, invidia aliisque affectibus humanis delatores ad denunciandum inducti sint, aliæve circumstantiæ concomitantes pœnæ mitigationem suadeant. Iurisdictio vero huius quoque iudicii ad leviorum saltem eorumque delictorum animadversionem restricta est, quorum determinata in legibus extat pœna, neque multam duos florenos excedentem, aut carceris pœnam, ultra quatrimum, decernere possunt, graviorum criminum animadversione collegiorum ordinariorum disquisitioni semper relicta (47). Reliquæ quæ de forma iudicii, summarioque procedendi modo ibi usitato, referre possem, lubens prætereo, cum pleraque cum rugeiudiciorum Wurtembergicorum indole accurate conspiciant (48).

In *Saxonia Electorali* iudicia legitima die *Ehdinge* cum rugeiudicii proprie sic dictis combinata quodammodo videntur, illorumque usus per aliquod tempus ita frequens fuit, ut expensarum causa, in communitatum commodum publica lege sanxerint legislatores, ne singulis trienniis plus una tantum celebrentur vice (49). Ceterum leviorum tantum atque in legibus determinatorum delictorum animadversio iudiciis istis relicta est, cum contra de gravioribus, aliisque, durante anno factis delationibus, relatio ad ordinaria fieri debeat Collegia, quorum deinde decisiones publicantur, & executioni mandantur (50). In

(47) *Ord. Cens. l. c. p. 274. §. was nun.*

(48) *Conf. Ord. Cens. l. c. §. zu welcher Zeit, wie, und auf was Art und Weise die Rüg-Gerichte zu halten.*

(49) *v. Churfürstlich Sächsische Tax-Ordnung, in der Forts. des*

Cod. Augustei de 1772 p. 500. ibi: wann Rügen-Gerichte oder sogenannten Ehding auf denen Dörffern oder Dingstühlen gehalten wird, so höchstens in drey Jahren, wo es hergebracht und nöthig ist, einmal geschehen solle, bekommt der Beamte &c.
(50) *de quo v. Generale de 28. Dec.*

In Ducatu Megapolitano, eiusque ordinatione provinciali f. 14. frequens atque accuratus rugeiudiciorum (sub singulari nomine *ac Ruh-Gerichte venientium*) usus sequentibus commendatur: damit die Mißhandlung gebührend gestrafft, sollen die Ruh-Gerichte in unserm Lande mit Fleiß erhalten, auch wo bisher keine gehalten, ausgerichtet werden, dann dardurch viel übel gestrafft, und mancher dardurch böses zu thun abgehalten wird (51). Eadem Iudicia in terris Saxo-Altenburgicis florent, illorumque insignem præstantiam laudibus effert Sächsisch Altenburgische Lands-Ordnung de a. 1742. ibi: „dieweil auch durch Rug-Gerichte viel übel gestrafft, und mancher dardurch böses zu thun abgeschreckt wird, so sollen dieselben wo sie hergebracht, nicht abgeschafft, sondern so oft als bisher bräuchlich gewesen gehalten, und in solchen dasienige beobachtet, was das Herkommen erfordert, insonderheit aber die Verbrecher dieser Ordnung gerügel und gestraffet, auch solcher von den Rugerichtern für der Obrigkeit jedes Orts angezeigt werden (52). Notatu non minus digna sunt Vogtdingia & Rugeiudicia Badenſia (*), Wurtembergicis simillima, in quibus non solum delicta ab omnibus denuncianda puniuntur, sed novi imprimis cives homagium præstant, muneraque communitatum vacantia aliis imponuntur. Eadem iudicia etiam in terris Hassiacis (***) & in civitatis Norimberg. quibusdam pagis aguntur

D

tur

Dec. 1750. die Expedition derer Rügen betreffend, quod extat in alleg. cont. Cod. Aug. p. 1315.

(51) conf. HERTIUS de consult. legib. & Iudic. Ec. §. 29. Rugeiudicia hæcce megapolitana sine ratione in dubium vocare voluit IOANN. MATTH. MARTINI in diss. de non usu Iudicii denunciatorii in Megapoli, iure igitur meritoque notatus a celeberrimo SCHOTT, in der unpartheyischen Critik T. I. p. 156.

(52) Quod postea serio repetitum est in der Fürstlich Sächsisch Altenburgischen neu erläuterten Gerichts und Proceß-Ord. de a. 1744. p. 385. §. so soll er auch.

(*) Quorum ordinat. sub tit. Vogt- und Rugegerichts-Ordn. extat in der Marggrafschaft Baden und Hochberg. gemeinen Landsordn. de a. 1622. p. 171. seq.

(***) conf. Hessen-Casselsche Verordn. der Rüge-Gerichte halber de a. 1735. ESTOR in der teutschen Rechts-Gelahrtheit T. II. p. 997 - 998.

tur (53). Imprimis vero hoc loco notari meretur, quod in territorio *Wedano-Runcaliensi* sub nomine *eines Policey Rüge-Gerichts* obtinet, cuius peculiaris ordinatio sub dato 11. Febr. 1765. edita, titulum fert: *Hochgräflich Wied-Runkelische Policey Rüge-Gerichts Ordnung* quam in bibliotheca statutaria *Consultiſſimi Domini PRÆSIDIS*, prorsus insigni, conspicere mihi licuit. Adiunctus illi est perquam accuratus delictorum ibi denunciandorum index, cum determinatione multarum singula manentium, e cuius diligentiori perlustratione statim patescit, ordinationem istam Politicæ præcipue regulas pro obiecto habere, quum nullum fere factum, his quodammodo repugnans ibidem omissum sit. Iudicium ipsum quatuor in anno vicibus habendum est (54), denunciandique obligatione obstringuntur imprimis sculteti, scabini, Heimbürgeri, communitatumque famuli, quorum delationibus tanta fides tribuitur, ut quicquid illi denunciant pro plene probato habeatur, statutaque denunciato statim dicitur pœna, nisi forsan per modum reprobationis docere possit, denunciationem non solum ab officio removentur sed etiam multam 10. thalerorum luere omnesque expensas restituere tenentur (55).

(53) quorum Ordinatio de 1573. extat in *Ordinat. Iud. Wendelst.* ap. HEUMANN de *Iudiciis communis*. p. 38.

(54) Expresse distinguitur in citata ordinat. §. 10. *rügeiudicium* hocce novius ab antiquiori *dem geschwornen Montag*, ibidemque disponitur: *bey dem dritten Rüge-Gerichte* ieden Iahrs, so anfangs des Monaths October gehalten wird, ist der sogenannte *geschworne Montag* in der Herrschaft

§. V.
Runkel mit abzuhalten, das herkommliche Frey-Iahr der Neugeheuratheten zu reguliren, dann das Manddienst und Entgeld anzusezen, fort das Dienst-Register in Ordnung zu bringen. Conf. etiam FRID. ERNEST. DUILL de *iud. conf. vulgo Rügegerichte spec. de iis quæ in Dynastia Wedano-Runcaliensi semel per annum solemniter celebrantur.* t. 2. p. 20.

(55) *Ora. cit. §. 5. 6. 7. Memoratu*

§. V.

Licet igitur de iudiciorum nostrorum indole, ob variorum locorum, circa formalia imprimis, diversitatem, generalis aliqua, & omnibus adæquata descriptio exhiberi non possit, sed e singularum provinciarum ordinationibus & consuetudinibus hac etiam in re plurima haurienda sint; illorum tamen comparatione instituta, in eo convenire videntur, quod I. sub quocunque veniant nomine, certis atque determinatis in anno temporibus habeantur hacque occasione iurisdictionis subditi omnes, illique imprimis, qui peculiaribus in communitate funguntur muneribus, ad revelanda delicta sub iuramenti fide obligentur. Illorum tamen iurisdictione II. ad leviora tantum illaque imprimis restricta est delicta, quorum penas leges speciales iam determinarunt, graviorum cognitione & animadversione iudiciis collegiisque ordinariis relicta. Arcent III. regulariter civiles, illasque causas, quarum cognitioni specialia destinata sunt fora. Omnibus IV. quedam adiuncta est Politicæ cura (*), cui tribuendum, quod in transgressiones legum specialium politicarum imprimis inquiri debeat, aliaque huc spectantia durante iudicio examinentur, & emendentur. V. Cuilibet subdito in genere omnia illa proponere licet, quæ ad promovendam salutem Reipublicæ quovis modo aliquid contribuere posse credit, VI. Modis procedendi pro fine rationeque iudicii est summarius, ideoque partes de simplici & plano audiuntur, probationes sine strepitu iudicii ponderantur, testibus brevi manu examinatis. Interdum probatio locum habet per iuramenta, licet ordinarie simpliciter illius assertioni, qui ex officii ratione aliquid deponit, creditur. Arcentur VII. obeandem rationem advocati, & sine spretibus alias consuetis ius redditur.

D 2

PARS

ratu digna de denunciationibus instituendis etiam continent Statuta Salsfeld. ap. III. WALCHUM in den vermischten Beyträgen zum teutschen Recht P. I. p. 161. & HALLWACHS de Cent. il-

lim. p. 126, ibi: Mörfelder Zenth-Weisthum.

(*) conf. MOSER von der Landes-Hoheit in Policy-Sachen, p. 370-371.

PARS II^{da}.
DE RUGE-IUDICIIS WURTEMBERGICIS.
INTROITUS.

Hisce de iudiciorum huiusmodi denunciatoriorum, in diversis Germaniæ provinciis obtinentium, natura præmissis, progredior ad specialiores de *Rugeiudiciis Wurtembergicis* tractationem, quæ non tantum ob frequentiam, qua hodie celebrantur, sed etiam ob antiquitatem, inter similia Germaniæ instituta præcipue eminent. Extant quidem varii scriptores, qui vel incidenter, vel ex professo ea illustrarunt, inter quos nominandus imprimis est HERBORNIUS, qui a. 1667. Argentorati peculiarem edidit dissertationem, de *Iudiciis Censoriis vulgo Ruge-Gerichten*. Quum vero ista, notante iam MYLIO, præter indicem quandam ordinationis censoriæ, vagamque delictorum denunciandorum recensionem nihil fere contineant, legibusque infu- per novioribus multa immutata sint; non omnem operam nos perdituros esse censuimus, si peculiarem speciminis nostri academi- ci partem illis destinaverimus.

§. VI.

Intelligo sub generali rugeiudiciorum denominatione notis- sima illa iudicia, sub nomine *der Vogt- und Ruge-Gerichte*, certis in anno temporibus celebranda, in quibus omnes civitatum com- munitatumve incolæ, hac occasione convocati, delicta aliasque legum transgressiones revelare sub iuramenti partim fide tenen- tur, aliaque ad salutem publicam, Politiam imprimis spectantia, publice tractantur. Commode illa dividi possunt I. in *antiquiora & noviora*, quorum priora *die Vogt-Gerichte* sine dubio reliquias pristinæ iudicia exercendi rationis continent; posteriora autem, novo uti videtur instituto, sub speciali nomine *der Ruge-Gerichte*, stabilita sunt, & commode iterum dividuntur II. in *generalia & specialia*, quorum illa cuiuscunque generis facta illicita pro ob- iecto habent, hæc vero, ad certæ tantummodo classis delicta re- stricta sunt.

§. VII.

§. VII.

Ad rugeiudiciorum specialium classem, quam; ne in sequentibus nimium interrumpamur, præmittendam putavimus, referenda sunt

I. *Rugeiudicia forestalia*, bis plerumque in anno, convocatis omnium communitatum sociis a præfectis forestalibus in singulis fere pagis olim habita (1), in quibus unusquisque cuiusvis generis delicta forestalia revelare atque deferre debuerat, delinquentibus deinde ad expensarum solutionem regulariter condemnatis (2). Postea vero, cum civitates communitatesque rugeiudiciis hisce specialibus illorumque expensis, nimium sæpe gravarentur, iniunctum est præfectis istis, ut contra leges forestales peccantes ad iudicium suum ordinarium citent, diebusque huiusmodi causis destinatis (*bey den ordentlichen Amts-Tagen*) ius dicant & in delicta forestalia animadvertant (3). Legibus recentioribus cautum insuper est, ut tum demum illis liceat in communitates sese conferre ibique peculiariæ instituire conventus, si vel aliis negotiis, moram non ferentibus, impediti fuerint, quo minus diebus ordinariis ius dicerent, vel ob delictorum multitudinem iudicium consuetum diesque ordinarii non sufficerent (4). Spectat huc

II. *Rugeiudicium autumnale* (*das Herbst-Rüge-Gericht*) quod finitis vindemiis, præsentibus præfecto, quæstore redituum cameralium & scabinis quibusdam, in singulis civitatibus quotannis ideo haberi solet, ut omnes subditi, quæ contra ordi-

D 3

(1) Differunt ab his dies denunciatorii ordinarii, a præfectis forestalibus quibusdam in anno temporibus domi influendi, & personis denunciatis specialiter citatis, celebrandi.

(2) Secundum Rescriptum Generale d. d. 23. Mart. 1681. & 27. Nov. 1693. In indice reali und

Auszug der Hochfürstlich Würtemb. Forst-Ord. und dahin einschlagenden Rescripten de a. 1748. p. 330. voce Rüge-Gericht.

(3) Secundum R. G. de 7. Aug. 1699. in Indice cit. p. 331.

(4) Quod factum in der Herzogl. Commun-Ordnung de 1758. P. 69. ibi: *wosfern aber* (3)

nationem autumnalem, aliasque leges huc spectantes commissa
 ipsis innotuerint, deferant. Cautum nempe legibus Wurt. ut
 antequam vindemiæ incipiant, certo quodam die ordinatio au-
 tumnalis, aliæque leges huc pertinentes publice reciten-
 tur, & personæ colligendis decimis inservientes torculari-
 que (*Zehend und Keller-Knechte*) peculiari iuramento obstrin-
 gantur, qui actus *der Herbstfax* vocari solet (5). Finitis vero
 vindemiis leges eadem iterum publice recitantur, & rugei-
 udicium simul autumnale celebratur, quo non solum subditi qui-
 cunque, sed dictæ imprimis personæ iuramento obstrictæ quasvis
 indicare debent legum autumnalium prælectarum transgressio-
 nes. Vestigia hujus iudicii iam deprehendimus in R. G. dd. 28.
 Aug. 1645. ordinationi autumnali de a. 1676. adiuncto. Postea
 vero expresse stabilitum R. G. dd. 24. May. 1663. multisque
 sequentibus (6) speciatim in rescripto clementissimo de 26.
 Septemb. 1772. quo celebratio rugeiudiciorum autumnalium a
 quibusdam officialibus intermissa iterum iterumque illis in-
 culcatur, confirmatum. Quumque præfecti quidam contra
 tenorem Rescripti dd. 6. Octobr. 1759. (quo *die Kellerbey-Beamte*
Vogtdingis interesse prohibentur) eosdem etiam ab autumnala-
 rugeiudicio autumnali admittantur, illorumque delationes at-
 tendantur: „haben wir wahrgenommen, daß da und dorten ent-
 weder gar keine Ernd- und Herbst-Rüge-Gerichte gehalten, oder wann
 von unsern Staats-Beamten je dergleichen angeordnet unsere verrechnete
 Beamte deshalb nicht benachrichtiget und davon gänzlich ausgeschlossen
 werden, welche Meynung doch das unterm 6. Oct. 1759. emanirte Herzogl.
 G. R. nicht gehabt. Da uns vielmehr daran gelegen, daß, was insonder-
 heit die mancherley Veranstellungen bey dem Herbstwesen betrifft, unsern
 verrechneten Beamten die Gelegenheit nicht benommen werde, ihrer Amts-
 halber nöthig findende Erinnerungen und nöthig habende Ruffälle dabey an-
 zu-“

(5) G. R. de 15. Sept. 1728. in
 Extractu Rescriptorum Hochstet-
 teriano T. I. p. 310.

in dem Anhang p. 43. conf. R. G.
 de 15. Nov. 1728. apud eundem
 T. I. p. 320.

(6) Apud Hochstetterum l. c. T. I.

zubringen; Als versehen wir uns gnädigst, Es werden unsere Staatsbeamte nicht nur in Abhaltung der Rug-Gerichte mehreren Fleiß, als von ein oder dem andern bishero nicht geschehen, beobachten, sondern auch unsern verrechneten Beamten von Anstellung derselben zeitliche Communication thun und auf deren amtliches Anbringen die gehörige Attention verwenden &c.

Referre huc possem

III. Rugeiudicium sub nomine des Ernd-Rug-Gerichts celebré, in quo ea, quæ contra leges, huc spectantes, durante messis tempore, commissa sunt, a subditis deferri debent. Cum vero eiusdem cum rugeiudicio autumnali sit indolis & hodie plerisque in locis cum illo simul, unoque tempore celebretur, laudati etiam rescripti sanctio ad utrumque spectet, plura de illo heic memorare nolo (7).

§. VIII.

Transendum potius ad iudicia generalia. Originem antiquiorum sub nomine der Vogtdinge celebrium, semel per annum celebrandorum, ante omnia paucis investigaturi, primo loco nominamus antiquissimum in legibus Wurtembergicis monumentum, primamque legislationem expressam, quantum quidem nobis constat, in antiquo Codice ordinationis provincialis ab EBERHARDO DÜCE a. 1495. promulgato, sub titulo: Ordnung so allen Untertanen zugehelt und von unsern wegen allen unsern Untertanen verkündt, von den strenglich gehalten und ohn unsern Wissen und Willen darinn keine Enderung geschehen soll (8) occurrentem. Extat ibi peculiaris de Vogtingis paragrahus sequentia disponens: Item die freyen Gerichte sollen abge-

(7) Distinguendi sunt ab hiscerugeiudiciis specialibus, die gemeine Rugtäge, a civium tantum magistris (Burgermeistern) quibusdam in anno temporibus, bis plerumque, instituendi, ubi obdama solummodo leviuscula, arvis illata, & a custodibus denuncia-

ra, pœnæ legibus statutz irrogantur.

(8) Apud celeberrimum Patris Historicum Dn. SATTLEBERUM in der Geschichte des Herzogthums Württemberg unter den Grafen IV. Fortf. adi. n. 16. p. 58.

abgethan werden an den Orten da man sic pflegt zu haben und sollen die Amtleuth derselben Ort in jedem Gericht mit den minsten Kosten Vogt-Gericht halten lahrs einmal, und nach allen Gebotten, Verbotten, ruggarn Straffen und freventlichen Hendlern auch andern trefflichen Sachen Uns oder den Flecken betreffend ein fleißig Erfarung und Uffsehung haben. Sublata igitur sunt per huncce passum ordinationis provincialis antiquissimæ iudicia Westphalica (9), quæ uti per totam Germaniam sensim sensimque radices egerunt, ita etiam in patriam nostram irreperant, & propter ingravescentes magis magisque illorum abusus, iustas omnium querelas merito excitarunt. Licet autem, citato loco, prima in hoc Ducatu expressa de Vogtdingiis legislatio occurrat, ab antiqua tamen, eaque ordinaria iudicia exercendi ratione originem ea tamen, integer illa celebrandi modus extra omne dubium ponit, ideoque probabile est, Vogtdingia, tanquam iudicia provincialia minora, maioribus, Canstadiensi imprimis, subordinata, antiquis iam temporibus, pro more aliarum Germaniæ provinciarum in patria nostra extitisse & iurisdictionem in inferioris ordinis homines exercuisse (10). Quemadmodum vero translata circa annum 1360. iurisdictione, a iudiciis provincialibus maioribus antea exercita, ad Cancellariam Principis, isto tempore institutam, (an Land-Hoffmeister und Ræthe) tota res iudiciaria Wurt. insignem mutationem passa est; ita cum Vogtdingiis non poterat non idem contingere, ita ut eorum iurisdictione, ab advocatis Principum antea exercita, ad Civitates pagosque translata videatur (11). Desierunt igitur ab isto tempore iudicia advocatorum

(9) Lege quidem, sed non re ipsa, Deprehendimus enim postea insignia adhuc illorum vestigia. v. Dn. SATTLER. In der Abhandlung von den freyen Gerichten, so ehemals in denen Würtemb. Landen üblich gewesen. Cuius præcipua contenta exhibet Ill. MOSERUS in denen Schwüb. Merkwürdigkeiten p. 465.

(10) L. B. DE SENKENBERG in der Abb. von der Kaiserl. höchsten Gerichtsbarkeit S. 116. p. 88. n. 6.

(11) De qua Iurisdictionis translatione Cel. Dn. GERSTLACHERUM in der Sammlung Herzoglich Würtemb. Gesetze P. 11. p. 16.

ram tanquam ordinaria exerceri, sed ordinatio provincialis antiquissima l. c. illa tanquam iudicia extraordinaria, revelandis puniendis delictis infervientia, & secundum morem antiquum in conspectu populi quotannis celebranda, denuo instituit, & restauravit, neque ob eandem rationem de modo illorum multa memorat, sed tantum disponit: *Und sollen die Amtleithe derselben Ort in jedem Gericht mit den mindesten Costen Vogt-Gericht halten &c.* iudicii huius, tanquam instituti antiqui & noti morem atque formam merito supponens (12). Quicquid vero de Vogtdingiorum origine statuas, hoc tamen certum est, illa a tempore primæ ordinat. prov. in viridi mansisse observantia, multisque legibus sequentibus esse confirmata (13). Notatu dignum est imprimis Rescriptum dd. 3. Nov. 1531. a FERDINANDO Archi-Duce Austriae, tum temporis terras Wurtembergicas possidente, emissum, quo Vogtdingiorum strenua atque non intermissa celebratio serio inculcatur, simulque, ut præfeti superiores ipsi in pagos sese conferant, mandatur, quod rescriptum ob illius contenta notatu dignissima, non possum non totum ex SATTLERI *Historia Wurtemb. (*)* heic inferere: „*Getreuen lieben, Nachdeme jezt die Zeit vor Augen, das altem gepruch nach in unsern Aemtern die gewöhnliche Vogt-Gerichte gehalten werden, ist unser Meinung und bevelch, das*

(12) Liceat itaque ob easdem rationes de veritate coniecturæ DN. GERSTLACHERI l. c. P. II. p. 16. Vogdingia pro novo plane instituto habentis, illaque ad normam iudiciorum Westphallicorum efformata credentis, pace V. C. dubitare. Licet enim in minimis quibusdam convenientiam utriusque instituti non negem, eam tamen longe remotissimam esse, quilibet facile concedet, qui iudiciorum Westphali-

corum historiam, atque conditionem nostris cum institutis accurate comparare voluerit.

(13) Factum id etiam in ordinatione prov. de a. 1515. quam allegat DN. GERSTLACHERUS l. c. P. I. p. 36. atque *illustr.* D. D. HARPPECHT in orat. præcipua quædam historiae legum Wurt. puncta in compendio exponente p. 17. 18.

(*) *Würt. Gesch. unter den Herzogen T. III. adj. 154. p. 63.*

E

ir darinnen mit bestem Vhleiß, wie von Alter herkommen färgangen und in allweg euwer getrew Uffmerken haben, und insonderheit neben andern un-
sere mandaten, so verschiner Iaren durch Uns und unsere Regierung in Wur-
temperg ausgangen, und in alle Aemter verkündt seyen mit höchstem Vhleiß
und Ernst wiederum erneuern und anzöugen, daß unser entlich Will,
Meynung und Gemieht Stand genutzlichen und straks bey unserm wohlher-
geprachten Christenlichen Glauben und Ordnungen zu beleyben, demselben in
allweg nachzukommen und zu geleben unnd so jēmands, wer oder was Stands
oder Wessens der seye, darwider in einigen Weeg oder Gestalt reden oder
handeln würden, allsdann ohn alle Verhinderung dieselbigen jederzeiten
venglichen annehmen, die wohlbewart behalten, obgemeldt unser Regierung
deß mit guten Umstenden berichten, und darinnen ferners irs beschaidt ge-
warten und geleben unnd hierinn gar nicht anders noch vorläsfig handeln, als
lieb ewrem jeden sey unser onvermeidlich Ungnad und Strauffe zu verhieth-
ten und zu vermeiden, das meinen wir ganz ernstlich unnd damit sollich
alles in allweg deß stattlicher ordenlich unnd fruchtbarlicher geschehen, voll-
bracht unnd gehalten werden mög, wellest du Ober-Amptmann neben un-
serm Unter-Amptmann in die fürnemesten Flecken eur Amptz-Verwaltung
selbst auch reyten unnd wa der mindern Flecken seyen, so nach Gelegen-
heit in die andern erfordert werden mögen, zu Euch berieffen, welche aber
entlegen, darain du Unter-Amptmann reyten und unserm Ober-Ampt-
mann, wann er also, wie obltut, in die Vogtgericht rey, die Zeit Er
derenthalb allda seyn muß Vogt-Gericht gehalten und von dannen vvider
heim unnd nit mehr oder länger uff die Anzal Pferde, daruff er als ein
Amptmann bestellt ist, und nit weiter auf ein jedes Pferd tags 10. kr.
und so er yber Nacht außseyn mußte Zuveinzig kreuzer geben, damit in
allweg unnothdurfftige Ausgaab verhieth werden, des alles verlassen vvir
uns ernstlich, Geben in unser Stadt Stuttgart am 3. Nov. anno 1531.

§. IX.

Progredior ad iudicia noviora, sub expresso nomine
der Rüge - Gerichte obtinentia & quatuor in anno vicibus a
præfectis cuiuscunque loci celebranda, quorum institutio in
Serenissimo Duce CHRISTOPHORO, edita peculiari ordinatione
cenforia de a. 1567. hunc imprimis in finem facta videtur, ut,
quæ in Vogtdingis semel tantum in anno celebrandis, inulta
mane.

manerent delicta, in rugeiudiciis hisce quatuor in anno vicibus habendis vindicentur (14). Memorat quidem ordinatio censoria in exordio statim rugeiudicia quaedam, antea iam in diversis locis usitata. Quorum tamen cum ne minimum quidem in legibus Wurt. antiquioribus invenire nobis licuerit vestigium, salva manet sententia, quod allegato tempore prima facta videatur illorum expressa institutio, lege quadam fundata, ideoque ab hoc demum tempore iudicia huiusmodi sub expresso nomine *der Rüge-Gerichte* innovaverint.

§. X.

Sed indagandum iam & accurate determinandum est, quodnam essentiale inter Vogtdingia & Rugeiudicia stricte sic dicta intercedat discrimen, id quod multis sane difficultatibus obnoxium est. Posteriora enim, quum ad modum priorum efformata quasi, eoque sine instituta sint, ut Vogtdingiis annalibus subveniant (15), & utraque instituta etiam in plurimis insigniter conveniant; institutionem rugeiudiciorum extensionem tantum Vogtdingiorum esse, facile crederes. Ex accurata tamen utrorumque comparatione, præter vulgatam illam differentiam, quod hæc semel, illa vero quatuor in anno vicibus celebrari debeant, quoad primam saltem eorundem institutionem sequentes adhuc observabis differentias: Imo.

E 2

enim

(14) Confecta est Ordinatio Censoria (*die Politische Censur und Rug-Ordnung*) a. 1862. postea vero demum & quidem a. 1567. promulgata, aliisque ordinationibus ad Politiam spectantibus adiuncta, quæ deinde sub nomine *des Herzogthums Württemberg gemeine Lands-Ordnungen* prodierunt. Extat hodiernum in edi-

tionem ordinationis prov. sub F R I D E R I C O D U C E a. 1621. curata p. 232. sq. itemque in *der grossen Kirchen-Ordnung* de a. 1582. ultima vice a. 1743. edita f. 366. sq. conf. || Exord. huius ordinationis.]

(15) v. Exordium Ord. Cens. in *der L. O.* p. 232. sq.

enim Vogtdingia coram toto civitatis vel pagi magistratu, ordinario igitur iudicio assistente, haberi debebant secundum ordinat. prov. antiquissimam l. c. ibi: *und sollen die Amtleuth derselben Ort in iedem Gericht (*) mit den minsten Costen Vogt-Gericht halten*; cum contra Rugeiudiciis secundum ordinationem consoriam in ord. prov. p. 233. præter præfectum adesse tantum debeant quinque viri honesti, ad id electi. II. Vogtdingiis præter cuiuscunque loci officialem etiam præfectus superior (*der Ober-Amtmann*) adesse, ideoque in singulos pagos sese conferre debet, secundum expressa verba rescripti Ferdinandi supra allegati & ordinationem provincialem noviolem, ubi, quotiescunque de Vogtdingiis sermo est, illorum etiam mentio fit; Rugeiudiciis vero cuiuscunque loci tantummodo præfectus inferior præsidet, secundum verba Ord. Cens. l. c. ibi: *„sollen vom Amtmann und Gericht 5. der eysfrichsten neben unsern Amtleuthen jeder Orten geordnet werden*, ob quam etiam rationem de expensis itineris nihil ibi determinatur (16). Ex quibus III. fluit, graviora etiam in Vogtdingiis decidi potuisse, Rugeiudiciorum contra potestate magis restricta atque limitata. Priora enim cum coram toto civitatis vel pagi senatu haberi, omniaque illius membra tanquam indices adhiberi debuerint, tali vero iudicio gravissimarum causarum discussio relicta esset, secundum ordinat. prov. antiquissimæ verba: *„Item was Erb eigen, Frevel, die Ehr oder was sonst groß Sachen berührt, soll ein ganz Gericht oder ungeverlich der Mehrheil seyn des uszurichten* (17), non potest non inde concludi, etiam in Vogtdingiis itidem coram toto magistratu celebratis graviora potuisse ventilari. Quod vero speciatim præfectis incubuerit, in delicta contra principis mandata regaliaque commissa inquirere, pro-

(*) nisi, quod tamen minus probabile mihi videtur, districtum tantummodo iudicii sub hac voce intellexeris.

(16) excipias velim civitates, quorum rugeiudiciis Præfecti superiores sine omni dubio præesse debebant.

(17) Cum quo conspirat *Ordinatio Civitatis Stuttgardiensis* ab EBERHARD DUCE a 1492. data ap. SÄTTLER, in der *Württemberg. Geschichte unter den Grafen. 4te Forts.* in adi. n. 15. p. 37.

probant verba restitutionis Vogtdingiorum, ex ordinat. prov. antiquissima supra iam prolata, ibi: und nach allen Gebotten, Verbotten, ruggarn Straffen und freventlichen Händeln auch andern trefflichen Sachen, Uns oder den Flecken betreffend, ein fleißig Erforschung und Uffsuchung haben. Rugeiudiciorum autem potestas atque iurisdictio ad leviora tantum, & ista præcipue delicta erat restricta, quæ contra communitatis iura commissa erant, & in delictorum denunciandorum indice comprehendebantur. Licet enim in illis quoque quævis revelari debuerint; summus tamen Legislatores in ordinat. cens. ubi de iuramento iudicis agitur, diferte disponit: Ihr die verordneten Rug-Richter werden auch geloben und schwehren, was für Euch ruggar und straffbares, so wider gemeiner Statt und Flekens Ehaffstinnen, Sazungen und Ordnungen, wer auch in dem Rugszeddel begriffen und Euch zu straffen bestimmt und in die besonders geordnete Rug-Gerichte gebracht. nach gestalt der Ordnungen und Gelegenheit der Ueberfahrungen rügen und straffbar erkennen —. Was aber andere Sachen, Lafter und Ueberfahrungen, so wider unsre Lands-Kasten-Forst-Mezger-Kantengieffer und andere Ordnungen und Mandaten begangen, so Euch zu erkennen nicht gebürten, sondern ein ander Straff erfordern würden, die Amtleuth und Gericht der Ordnung nach straffen lassen. IV. Denique etiam in eo aliqualem iudicii differentiam invenisse mihi videor, quod Vogtdingia magis occupata sint delictis propriis talibus; rugeiudiciorum vero primarius atque præcipuus definitis sit morum correctio & emendatio, ideoque non solum delicta stricte talia, sed aliæ etiam turpes actiones ibi deferri debeant, quæ, contra decori, honesti & religionis præcepta impingentes, legem aliquam humanam positivam vel plainam non vel talem tantummodo offendunt, qua regularum istarum observatio subditis expresse inculcata est. Id quod ex delictorum denunciandorum tabula in ordinat. cens. comprehensâ primo statim obtutu patescit.

§. XI.

Quamvis autem, uti hætenus vidimus, circa primam factem institutionem insignes quædam differentie inter utraque nostra

nostra instituta sese exserant (*), leges tamen noviores pleræque vel plane non, vel raro tamen inter illa distinguunt, & si quidem illorum mentionem faciunt, utriusque iudicii nomen plerumque combinatum invenimus, ita, ut utraque hæc instituta in unum sensim sensimque coaluisse videantur, quod sub voce *des Vogt - Rug - Gerichts* in legibus passim occurrit. Ad minimum multa eorum, quæ secundum allegata Vogt-dingiis intuitu modi imprimis illa habendi propria erant, postea exoleverunt, & licet noviores quædam leges diversitatem utriusque iudicii intuitu temporis quodammodo agnoscere videantur, sigillatimque Ordinatio, quæ sub nomine *der Commun-Ordnung* a. 1758. prodiit, in titulo: *von Jahrs-Vogt- und Quartal-Rug-Gerichten* p. 35. circa expensas distinguat, verbis: *daß denen Quartal-Rug-Gerichten die Richter ohne besondere Belohnung abzuwarten*; ex inspectione tamen eorum, quæ ibidem de Vogtdingiis disponuntur, perspicimus, multa *den Quartal-Rug-Gerichten* secundum ordinationem censoriam propria, ad Vogtdingia trahi, hæcque iudicia itidem ad illius normam sensim sensimque efformari cœpisse, cum secundum §. 4. & 5. *der Commun-Ord* idem, qui in ordinatione cens. rugeiudiciis adscribitur, iudicum numerus, etiam ad constituendum Vogtdingium requiratur. Immo hodie, notante iam illustri Moseero, (17), rugeiudicia quatuor in anno vicibus celebranda in defuetudinem eatenus abierunt, ut in plerisque locis iudicia tantum annalia sub nomine *der Vogt-Rug-Gerichte* celebrari soleant, quæ, ab utriusque instituti indole participantia, ad normam ordinationis censoriæ, aliarumque legum huc spectantium a præfectis superioribus in

(*) Quod discrimen in legibus quibusdam sequentibus, quoad distinctionem saltem nominis adhuc observatum, e. g. in R. G. dd. 14. Mart. 1608. & dd. 2. Aug. 1641. R. Synod. dd. 13. Ian. 1737. quibus Vogtdingiorum & rugeiudiciorum non intermissa

celebratio serio mandatur, aliisque.

(17) In den Schwüb. Merkwürdigkeiten p. 472. n. x. verbis: *Noch ist anzumerken, daß diese Quartal Rug-Gerichte nach und nach fast überall in Württemberg in Abgang gerathen.*

singulis fere pagis sunt exercenda. Quam ob rem ulteriorem etiam tractationem ad iudicium hocce, sub nomine *des Vogts-Rug - Gerichts* in vulgus notum, præcipue restringemus.

§. XII.

Hicse de Rugeiudiciorum Wurt. origine præmissis, progredior ad formam illorum hodiernam, cuius initium merito facit persona iudicis. Adesse illis debent in *civitatibus* I) præfectus superior (*der Ober - Amtmann*) (18) qui totum dirigit iudicium & in id præcipue, quod Principis interesse eiusque regalia tangit, diligenter invigilare debet. II) Quinque viri honesti, periti & a civibus maxime dilecti, qui quidem numerus secundum ordinationem cens. ad constituendum rugeiudicium proprie sic dictum requirebatur, dein vero etiam ad formanda Vogtdingia necessarius erat. Utrum vero hi iudices ex membris ipsius magistratus, an vero ex civium tantum numero eligi debeant, id primo quidem intuitu controversum quodammodo videtur. Disponit nempe ord. cens. (19) „*Erslich sollen vom Amtmann und Gericht 5. der eiffrichsten und die bey dem gemeinen Mann zum meisten Ansehens auch der Sachen am verständigsten auffer Gericht und Rath erküest und gewehlt werden &c.* sub qua voce auffer Dn. SATTLERUS (20) idem intelligit, quod latino idiomate vox *extra* denotat, locumque igitur citatum interpretatur, quod tales eligi debeant, qui non essent membra magistratus (*die nicht im Gericht und Rath sitzen*) cui tamen interpretationi pro meo quidem exiguo iudicio ideo assensus præberi nequit, cum eadem ordinatio censoria Sp̄ho sequenti, ubi de iuramento iudicis agitur contrarium ipsa disponat, verbis: „*Dieveil die Rug - Richter von Gerichts - und Raths - Personen genommen und Sie Gerichts und Raths halber hievor einen sondern Aid haben, so solle auch in Vorhalten selbigen Aid des denenselben erwählten Rug - Richtern volgender Anhang vorgelesen und ein-*

(18) v. *Communordn.* c. II. §. V. (20) v. MOSER. in den *Schwäb. Merkv.* p. 471.

p. 35.
(19) *Ord. prov.* p. 233.



eingebunden werden &c. Allegata igitur vox *auffer* idem ac *ex* denotare mihi videtur, & necessario potius isti iudices ex gremio magistratus eligi, prætereaque, prævia admonitione ad iuramentum, antea iam intuitu officii præstitum, denuo promittere debent, se in omnia, quæ ipsis revelentur, ipsorumque iurisdictioni commissa sint, diligenter inquisituros, atque sine omni personarum respectu in delinquentes animadversuros. III) Denique præsto esse debet Archigrammateus præfecturæ (*der Stadt-oder Amtschreiber*) vel substitutus eius iuratus, qui omnia, quæ in iudicio peraguntur, diligenter conscribere debent & acta illius evulgare sub fide iuramenti officialis prohibentur (21). In pagis vero præter personas recensitas adhiberi etiam debent præfecti, vel sculteti pagani, & regulariter substituti ille iuratus, qui cæteras communitatis causas curat. Olim etiam *advocati superiores die Ober-Vögte*, eo, quo in Wurtembergia adhuc floruerunt tempore, Vogttingis aderant (22), quod postea variis legibus, officia advocatorum superiorum inferiorumque erga se invicem determinantibus, ita restrictum inveni, ut advocati superiores in posterum Vogttingis in civitatibus celebrandis tantum adesse, a reliquis vero paganis plane abesse deberent (23). Sed postquam illorum munus in desuetudinem plane abire cepit, atque per rescriptum Ducale dd. 20. May. 1755. (24). cum emolumentis eidem annexis sublatum fuit

(21) *L. O.* p. 239. *Landr. P. I.* t. 6. remoti aliquando fuerunt actuarii a iudiciis nostris secundum R. G. dea. 1736. quod mox tamen iterum mutatum R. G. de 23. Jul. 1738. ap. HOCHSTETTER T. II. p. 99.

(22) Quod pater ex R. G. dd. 24. May. 1663. ap. HOCHSTET. T. I. *im Anhang* p. 96. ubi de minuendis Vogttingiorum expensis, restringendisque epulis olim usitatis, peculiaris extat dispositio.

(23) v. Extractum R. G. HOCHSTETTERIANUM P. I p. 11. & 12.

(24) Cuius verba nullibi inserta ita sonant: *Nachdem wir vor nöthig erfunden — — sämtliche bisherige Ober-Vogtey - Befolgungen und emolumenten, wie sie immer Namen haben mögen, solchergestalten einzuziehen, daß dieselbe von nächstkünftigem Jacobo h. a. an gänzlich cessiren sollen,*

fuit, factum, ut, cessante munere advocati superioris, illorum praesentia in nostris iudiciis eo ipso cessare etiam deberet. Arcentur vero a nostris iudiciis 1) *praefecti forestales*. qui Vogtdingis olim itidem intererant, hodie vero illis adesse prohibentur, & si quae denunciantur delicta forestalia, leviora, median te extractu protocolli praefectis forestalibus communicantur, si vero graviora sint, vel inquisitio super illis ob singulares qualitates necessario in loco commissi delicti fieri debeat, tum praefecto forestali illud notificatur, qui deinde, quamdiu huiusmodi inquisitio durat, iudicio nostro adesse debet, expensis ab illis, quorum interest, solvendis (25). 2) *Quaestores reddituum camera- lium aliorumque corporum* (*die Keller, geistliche Verwalter auch andere verrechnete Beamte*) (26) nisi observantia quadam antiqua quibusdam in locis aliud introductum sit. Si vero delicta huc spectantia e. g. defraudationes decimarum aliorumque censuum in iudicio nostro deferuntur, communicato extractu protocolli, partibus citatis, in loco civitatis consueto (*in der Amtsstadt*) diebusque ordinariis coram praefecto dictisque officialibus com- muni consensu illa discutiuntur (27). Neque dicendum aliud 3) de pra-

len; So lassen wir dir solches mit dem gnädigsten Befehl hiemit unverhalten, daß du quaeß. Obervogtey-Besoldungen und emolumenten bis auf ermeldten terminum Jacobi annoch verabfolgen, sodann aber solche in deiner Amts Rechnung abschreiben, ingleichem die solcher gestalten heimfallende Herrschafftliche Güther jezo gleich auf ein oder mehrere Jahre, wie du es unserm Fürstlichen Cameral-Interesse am vortrüglichsten zu seyn erachten möchtest legaliter hochmöglichst verleyhen und die hierunter getroffene Verhandlung zur

ratification ad cameram unt. einschicken sollest.

(25) v. Real. Ind. über die ForstO. p. 332. CommunO. p. 36. ibi: die Forstmeister haben weder in Städten noch auf dem Amt denen Vogt-Rüg-Gerichten beyzuwohnen &c.

(26) CommunOrd. p. 36. §. 7.

(27) quod denuo sancitum in R. G. dd. 6. Oct. 1759. cuius verba nullibi inserta ita sonant:

„Nachdem wir wahrgenommen haben, welcher gestalten es zu einem Mißbrauch erwachsen, daß die Kellerrey-Beamte selbst zu denen Vogt-Rüg-Gerichten reysien

F



præfulibus, superintendentibus specialibus, atque pastoribus, qui omnes Vogtdingiis interesse, communitatesque superfluis expensis gravare expresse prohibentur (28).

§. XIII.

Personas iudicantes excipiunt illi, qui in nostris iudiciis comparere & delicta denunciare tenentur, qua obligatione omnes obstringuntur communitatum incolæ, illorum filii pubertatem egressi, famulique. Obligat nimirum ordinatio censoria omnes subditos ad quævis delicta graviora, salutem imprimis reipublicæ infringentia, sub iuramentorum Principi præstitorum fide, denuncianda, leviora vero, vi honestatis & virtutis, quo probus quisque devincitur, vinculi, revelanda (29). Quæ denunciationis obligatio tam rigide subditis in eadem ordinat. cens. iungitur, ut si delictum aliquod dolo malo aliquem conticuisse appareat, ille, siquidem sit grave, pro socio criminis habeatur, si vero levius, pro circumstantiis concurrentibus vel in bonis vel corpore luere cogatur (30). Imprimis vero omnibus magistratus membris, civitatum communitatumque famulis, custodi-

*reyßen und solchen mehrentheils
nißsig anwohnen, durch die da-
bey anrechnende Reysgelder und
diaeten aber unsern Herzoglichen
Cassen unnütze Kosten und Auf-
wand verursachen; So haben
wir uns veranlaßt gesehen, so-
thane Mißbräuche hiemit auf-
zuheben und ein für allemal gß.
zu verordnen, daß bey beson-
dern Staats- und Kellerey-Be-
amtingen, die Ober-Amtmänner
allein in ihren untergebenen
Amts-Orten die gewöhnliche
Vogt-Rug-Gerichte halten und*

*wann in Zehend Sachen klagen
dabey vorkommen, solche mit de-
nen Kellereybeamten per extra-
ctum protocolli zu communiciren,
die verschuldete Parthien in die
Amis-Stadt beruffen und als-
dann ohne einige Kosten die Sa-
che gemeinschafflich bey dem
Ober Amt untersuchen und befin-
denden Umständen nach ausma-
chen oder aber erheischenden falls
Unt. berichten sollen.*

- (28) Communord. p. 36. l. c.
(29) L. O. p. 254.
(30) Ord. prov. p. 254 - 56.

bus aliisque personis ; qui circa munus ipsis demandatum peculiare præstiterunt iuramentum , graviter iniunctum est, quævis delicta ipsis nota iudicio denunciare (31). Immo secundum conceptum ordinationis censoriæ sub CHRISTOPHORO Duce a. 1562. confectum, præter dictas personas duodecim adhuc viri, probitate pietateque præ cæteris conspicui, peritissimique ex civibus ideo eligi deberent, ut in vitam moresque concivium clam attenderent, & si quid videant, audiant, aliove modo experiantur, quod legibus bonisque moribus esset adversum, illud in rugeiudicio deferrent (32). Sed postquam memoratum ordinationis cens. conceptum a. 1562. compilatum, revisioni consiliariorum quorundam a Serenissimo Duce demandabatur, inter alia peculiaris iste articulus, de denunciatorum specialium institutione agens, in ordinat. prov. publice edita atque promulgata omittebatur, quia tale munus subire plerique cives detestabant, atque ex odio concivium, quod denunciatores isti sibi contrahebant, tristissimos eventus non sine ratione metuebant. Denunciatorum tamen istorum vestigia quædam, in quibusdam Ducatus locis sigillatim Tubingæ Stuttgartiæque adhuc dum superesse, testatur Dn. GERSTLACHERUS in der Sammlung Württemberg. Gesetze P. II. p. 22. Speciatim vero secundum Ordin. prov. antiquam deferri debent 1) periculosi lusores, adeo, ut omnes subditi sub comminatione gravissimarum pœnarum illis adminiculum quovis modo præbere prohibeantur (33). 2) illi, qui ebrietati sese dedunt (34), mentisque non amplius compotes verba evomunt blasphema, aliosque excessus tranquillitatem publicam lædentes committunt (35). Nec non

F 2

(31) v. L. O. p. 234.

(32) Concepti huius verba refert Dn. SATTLERUS apud illustr. Moserum. l. c. p. 466.

(33) v. Ord. prov. antiquissimam de a. 1495. ap. SATTLERUM in der Würt. Geschichte unter

den Graffen IV. Forts. in adj. n. 16. p. 61. f. zu dem ordnen &c

(34) idem Codex l. c. §. Die weyl Gotteslesterung &c.

(35) SATTLER, Würtemb. Geschichte der Herzogen T. I. adj. 77. p. 187. T. III. adj. 67. p. 244.

3) emtiones venditiones captiosæ aliique contractus fraudulosi, in civium egenorum perniciem tendentes, subditisque simul iniunctum, in officialium commercia diligenter invigilare, & si illa in civium detrimentum quodammodo tendant, vel cum redditibus illorum administrationi conceditis agantur, in Vogtdingis hæc omnia denunciare (36). Denique 4) secundum eandem legem inquirendum est, an Emtiones venditiones annuorum reddituum intra iustos æquitatis cancellos contrahantur, adiuncta seria admonitione, ut subditi illis onerati, quovis modo sese liberent (37). Sigillatim etiam secundum ordinationem provincialem novissimam in Vogtdingis denunciari debent illi, qui cum iudæis illicitos prohibitosque contractus ineunt, bona vel mobilia vel immobilia, vinum aliosque fructus illis oppignorant actionesve cedunt (38). Ibidem præfectis superioribus mandatum, ut durante Vogtdingio ex omnibus atque singulis quarant civibus, annon præfecti inferiores & sculteti quibusdam subditorum præ cæteris nimium indulgeant, viduas orphanosque iniuste opprimant, iustitiam protrahant vel plane illis denegent (39). De rugeiudicii strictæ talibus in ordinatione censoria peculiaris extat delictorum denunciandorum tabula, sub nomine *eines Laster- und Rug-Ze-dels* (40) secundum quam præter memorata deferri imprimis debent neglectus atque contemptus cultus religiosi publici, blasphemæ, sectarumque prohibitarum socii, magia verita atque diabolica, rixæ, verbera similesque quietis publicæ privataque turbationes, furta campestria, delicta carnis, illique imprimis, qui ope consiliove præsto fuere, luxuriosi, prodigi, ebriosi, lusores periculosi, sponionesque dolosæ & damnosæ, contra-

(36) dicta Ordinatio l. c. §. Item nachdem vil seltzamer &c.

(38) L. O. p. 64. Es sollen auch alle unsere Unterthanen &c.

(37) Ord. sæpe alleg. §. Item als ein Ordnung im nächsten Umreitten.

(39) L. O. l. c. Item und nachdem uns vielfaltig Klag &c.

(40) L. O. p. 244.

ctus fœneratitii, atque prohibiti (41) & propolia illicita. Præter hæc vero & innumera alia adhuc delicta, ibi recensita, im-
 primis etiam sub nomine *der gemeinen Rügungen* deferri debent, qui censibus ecclesiis pastoribusque debitis iniuste aliquid detrahunt, qui civitatum communitatumque iura lædunt, eorumve bonis damnum inferunt, qui falsis mensuris utuntur, monetam adulterant, qui morbis contagiosis laborant, claves adulterinas possident, qui lapides terminales clam ponunt, movent, vel eiciunt, qui personas palantes nullius-que servitio adscriptos erronee recipiunt, alique innumeri huiusmodi delinquentes. Obligatio tamen denunciandi minime ad delicta, in catalogo ordinationis cens. recensita, restricta est, sed deferri debent omnia cuiuscunque nominis facta illicita. Secundum leges etiam, imprimis noviores, in vectigalium & accisi defraudationes præcipue inquirendum est (*). Quæ omnia hodiernum in iudiciis nostris observari omnino debent.

§. XIV.

Cave tamen, ne in omnia, quæ in nostris iudiciis denuncianda sunt delicta, ibidem statim animadverti posse credas. In Vogtdingis quidem, coram toto civitatis communitatisque magistratu olim celebratis, graviora etiam delicta potuisse plecti, eo magis probabile est, quo magis, testante NAUCLERO (42), Cancellario Tubingensi, viro Iurisprudentiæ peritissimo atque, sub finem seculi XV. florente, constat, iudices Wurtembergicos tunc temporis a processu, ad præscriptum iuris peregrini instructo, adhuc abstinuisse, atque potius secundum id, quod eis visum fuerit iustius atque melius, partibus ad satietatem auditis, sententias dixisse, prouti ratio & consuetudo dictabat. In Rugei iudiciis restricte talibus secundum ordinationem censoriam, & ea, quæ supra

F 3

(41) Quorum immensum exhibit numerum Ord. prov. p. 118. & nov. Const. XII. ibidem p. 932.

(*) *Zoll-Ord. p. 37. Accis-Ord. in fine.*

(42) in *Chronographia generali secundum edit. Tub. de a. 1516. L. XLIII. fol. 231.*

pra iam indicavimus, vindicari tantum possunt delicta, contra communitatum praecipue iura commissa, aliave leviora, poenarumque dictandarum modus ibidem ita restrictus est, ut non nisi duorum florenorum multa dictari, neque quisquam ultra quadriduum in carcerem condemnari a rugeiudicio possit (43). Vogtdingiorum hodiernorum, ab utrorumque natura participantium, iurisdictio neque ad delicta, contra communitatum statuta iuraque commissa, est restricta, neque tamen ad omnia, quae deferri ibi debent, decidenda se extendit. Ex hodierna iudiciorum ratione sponte sequitur, arcere illa I) *Causas civiles* omnes, quarum cognitio atque decisio, ex quo civitates pagique illa iurisdictioe gaudent, ad iudicia civitatum ordinaria (*Stadt und Dorff-Gerichte*) pertinent. Referenda huc sunt lites circa dominia, iura, haereditates, contractus, retractus, satisfactioes privatas ex delictis oriundas aliaque. II) *Causas ecclesiasticas*, ecclesiarumque ministros tangentes, quae in visitationibus ecclesiasticis, a Superintendentibus Specialibus quotannis instituendis, proponi debent (44). III) *Causas Forestales* delictaque huc spectantia, quae quidem in nostris iudiciis denunciari, deinde vero facta communicatione protocolli ab utrisque praefectis pro illorum ratione gravitateque communiter & regulariter diebus ordinariis ventilari debent. IV) *Causas delictaque ad Decimas aliosque Censuum* spectantes, secundum supra notata itidem in praesentia Praefectorum & Quaestorum separatim discutiendas. V) *Causas mixtas* sive mixti fori, praesentibus Praefectis ministrisque ecclesiae in separato tractandas (45). Denique VI) *Delicta graviora*, in quae, si denunciantur, a Praefectis speciatim inquiri, atque ad Consilium Regiminis iuncto protocollo relatio fieri debet, quod deinde illustre Collegium, siquidem pena capita-

(43) L. O. p. 235. §. Was nun für Laster &c.

(44) Secundum R. G. de a. 1662. in Censura eccles. p. 258. ibi: Klagen wider einen Ministern ecclesiae sollen nicht in der Amt-

leuth Vogt - Gerichten, sondern bey der Visitation des Specialis angebracht und angenommen werden.

(45) Quorum recensum exhibet die Herzogliche Eh-Ord. P. III. c. 3. p. 169.

pitalis vel corporis afflictiva durior sequi possit, Proceffum vel criminalem, vel super facto a iudiciis Civitatum ordinariis institui iubet, vel etiam, si circumstantiæ id permittant, sine ambagibus processus accusatorii, veritate facti rite explorata, prævia plerumque relatione ad Senatum Sanctione explorata, prævia plerumque relatione ad Senatum Sanctionem, & ipsum Serenissimum penas decernit legibus conformes. Relictæ igitur sunt iurisdictioni nostri iudicii delicta tantum leviora, iniuriæ rixæque minores, furta leviuscula, exceptis tamen campestribus, illarumque imprimis transgressionum animadvertiones, quarum determinata in legibus specialibus præscripta est pœna, neque hodie multa 14. florenos (*eine grosse Frevel*) carcerisque pœna quadriduum excedens, arbitraria, a iudicio nostro decerni facile poterit. Idque intelligendum de causis per se claris vel aliunde satis probatis. Si enim reus delictum ipsi imputatum neget, indicia tamen urgentia contra illum adsint, ita, ut nil nisi confessio illius adhuc deficiat, per gradus carceris extorquenda, tum itidem ad amplissimum Regiminis Consilium relatio desuper fieri debet, quia huiusmodi gradus a Præfectis decerni non possunt.

§. XV.

Est vero ista delictorum denunciatio & animadvertio non unica occupatio nostri iudicii, sed huc etiam II. spectat præcipue publica recitatio & prælectio legum ordinationumque illarum, quarum notitia subditis cuiuscunque conditionis maxime est necessaria. Neque scopus, qui per hanc prælectionem intenditur, occasione temporeque magis idoneo posset obtineri. Recitantur itaque illa præcipue legum capita, quorum notitia & applicatio in communi vita quotidie fere occurrit, illorumque sensus ratioque subditis plebeia conditione a præfectis rite explicatur. Quibusdam legibus Rescriptisque in sine plerumque illud expresse insertum est, ut in Vogtdingis publice prælegantur (46), præterea vero ex ordinatione

(46) Quod factum præcipue in novellis Constitutionibus Ordina-

tioni provinciali novissimæ adjunctis L. O. p. 259. in iure provinciali.

tione provinciali aliisque legibus ad politiam imprimis spectantibus præcipua capita e. g. de iure civico & requisiti ad illud consequendum, de incendiis, de detractu & retractor, de supplicationibus subditorum, de contractibus Iudæorum, de contractibus fœneratiis aliaque excerptur, præleguntur, inculcanturque. Quum vero temporis spatium vix permittat, omnes ordinationes & rescripta Ducalia, quorum recitatio expresse mandata, in Vogttingiis publice recitare; cogitaverunt iam summi Legislatores Württembergici de extractu illarum legum edendo, quarum cognitio omnium classium subditis quam maxime esset necessaria (47). Hic vero legum extractus, cum hætenus nondum sit editus, præfecti ipsi pro arbitrio & cuiuscunque imprimis loci qualitatibus præcipua legum capita eligunt, illaque recitari curant. III. In Vogttingiis fieri etiam solet præstatio homagii, (48) ad quam non solum cives novitii, sed & illi civium filii adstringuntur, qui pubertatis tempus egressi sunt, & ad annos pervenerunt discretionis. Hac occasione Civium erga Principem officia illis a præfecto explicari inculcarique debent. Famuli porro eodem tempore ad promittendam fidelitatem stipulata manu adiguntur. Similiter IV. munera Civitatum communitatumque vacantia novis candidatis, per plurima vota a magistratu electis, committuntur. Cautum tamen legibus recentioribus (49) ut regulariter omnia Civitatum communitatumque

titulo von Schmach - Sachen und Schlaghandlungen P. I. t. 77. in f. aliisque legibus e. g. Zoll-Ord. p. 37. Erneuerte Constitution und Ord. die Wildprettschutzen betreffend de a. 1718. p. 31. rescriptum nov. ad idem spectans de a. 1772. in f. Salpeter-Ord. de a. 1747. in fine. Accis-Ord. de a. 1726. p. 78. eadem de 1744. p. 121. Land-Feuer-Ord. de 1752. p. 38. Fischer O. de 1719. p. 27. neueste Weeg O.

de 1772. in fin. aliaque rescripta innumera, quorum accuratorem recensionem brevitatis studium non permittit.

(47) Quod probat die CommunO. p. 56. ibi: da wir hienächstens einen kurzen Auszug &c.
 (48) v. L. O. p. 5. §. Darneben auch.
 (49) CommunO. p. 56. ibi: Sind alle Commun-Aemter und Dienste auf Georgii zu ersetzen und ist damit nicht auf die ungewisse Haltung der Vogt - Rug - Gerichte zuwarten.

munera vacantia post diem Georgii simul, vel si periculum in mora sit, statim post vacationem novis subiectis demandentur, neque hiee actus *der Aemter Ersetzung* usque ad incertam sæpe Vogtdingiorum celebrationem differatur. Inter præcipuas denique occupationes nostri iudicii referri V. potest, cura Politicæ statusque communitatum oeconomici. Huc sine dubio id spectat, quod subditorum unusquisque obligetur ad deferenda præcipue ea, quæ utilitati Communitatis salutique publicæ adversa putat, proponendaque omnia illa, quæ ad promovendum emendandumque quævis illius statum conferre quidquam posse credit. Superfluum foret, neque id limites dissertationis permetterent, quantum ad statum Politicæ emendandum nostrum institutum inserviat, multis demonstrare. singulas leges huc spectantes percurrere, aut illarum in Vogtdingiis rite instituendam applicationem delineare. Pertinent huc, quæ supra iam indicavimus, quod se. inquiri debeat, an iusta & æqua mensura cives utantur, annon universitatis iura pascuorum, sylvarum, aquarum, viarum, fontium adantur, num ignis negligentius custodiatur, disciplina publica, tranquillitas, morum castimonia in periculum vocentur, an improbæ sodalitates coeant, & aleatorum corruptelæ ingravescant &c. Eidem curæ tribuendum, quod præcipue cives cum armis instrumentisque ad restinguenda incendia inservientibus comparere debeant, ut, qui illis plane destituti vel indoneis instructi sunt, legitime puniri possint, & quæ sunt huius generis alia. Quo referendum etiam, quod in Vogtdingiis inquiri debeat, an dispositioni R. G. dd. 22. Februar. 1756. secundum quod singuli cives novitii civitumque filii post matrimonium initum duas arbores frugiferas bonis vel viis publicis implantare ibique conservare iubentur, obedientia debita præstetur.

§. XVI.

Modus procedendi pro fine rationeque iudicii non potest non esse summarius. Si nimirum tempus Vogtdingii appropinquat, quod differri regulariter solet ad tempus, quo rationes communitatum excutiuntur atque probantur (*zur Rechnungs-Abhör*) (50), præfectus superior officialibus pagorum inferioribus sculterisque adventum suum per litteras notificat, quæ deinde litteræ incolis in loco publico præleguntur, adiuncta simul admonitione, ut, quæ delicta in tabula delictorum denunciandorum notata aliæ contra Principis mandata commissa ipsi innotuerint, sub iuramenti fide denuncient, nihilque, quod salutem communitatis quovis modo infringere posset, taceant, adiuncta comminatione gravissimarum pœnarum illos manentium, qui delictum quoddam ipsi notum studio & in danum

(50) *Commun. O. p. 35.*

G

Rei

Rei publicæ celaverint. Idem in Civitatibus fieri solet. Presente in pagis præfecto, omnes cives subditiq; campanæ pulsû in curiam convocantur. Quibus præsentibus ab illo ratio adventus finisque paucis declaratur, addita iterum serâ commonefactione officiorum circa denunciations delictorum ipsi incumbentium. Deinde ab Actuario ea legum capita, quorum supra mentionem fecimus, publice recitantur. Quo factò omnes, præter iudicii assessores iterum recedunt, posteaque singuli primum famuli civiumque filii, qui ætatem etiam indicare debent, deinde reliqui incolæ virum prodeunt, & quæ deferenda habent, delicta, novos politia, querelasve contra magistratum proponunt (52). Notantur singulorum nomina in protocollo huius iudicii peculiari, & ea, quæ unusquisque denunciavit, ad ipsius nomen conscribuntur. Hos sequuntur membra magistratus cum præfecto pagi vel scultreto, pariter virum prodeunt, suaque itidem proponentes. Finito hocce actu, qui *der Durchgang* vocari solet, singulæ partes denunciantes & denunciata una post alteram audiuntur, & si reus in negativa consistat, testes summarie examinantur & pro circumstantiarum ratione interdum iuramento vel tactu baculi iudicialis loco Iuramenti vel alio quocunque modo iudici fides fit. Interdum etiam, si denunciatus est persona peculiari Iuramento obstricta, quæ ex officii ratione aliquid defert, ad solam denunciationem reus negans condemnatur, modo indicis satis gravibus illa sit adminiculata. Cæterum iudices secundum Ordinationem Censuriam in puniendis delictis caute progredi atque in omnes etiam minimas circumstantias attendere & sedulo inquirere debent, annon denunciatus ignorantia, errore, invidia, ira aliore impetu ad delationem sit impulsus (53). Quandoque etiam, si delictum denunciatum pluribus iam abhinc annis sit commissum, qui id hucusque conticuit, atque nunc demum ira forsitan motus, illud revelavit, merito puniatur. Partibus vero ad satietatem auditis, atque re vel per Confessionem aliore probandi modo clara, poena, siquidem delictum sit levius, legibus conformis decernitur, vel si grave, aut confessio rei per gradus carceris extorquenda sit, ad referendum suspenditur (54). Similiter de iis, quæ ad statum Politia oeconomicumque spectant, deliberatur, conclusaque per vota majora fiunt, dein etiam reliqua iudicio incumbentia peraguntur. Omnia vero durante illo actu accurate in protocollo notantur & conscribuntur. Quæ deinde Conclusa, sub nomine recessuum rugeiudicialium plecunque venientia, secundum Ordinat. Cens. (55) quidem cui-

(52) Qua occasione senibus plerumque sexagenarii immunitas ob oneribus civilibus persona adherentibus, *(Perso, nal Freyheit)* imperari solet.

(53) L. O. p. 236.

(54) L. O. p. 211. rubr. *von Erkennnis*
uß der Verurtheilung 238. S. was nun für
 (55) L. O. p. 12. *von Publication und*
Execution der Erkennnisse und Straffen.

cūnque, quem rangunt parti, separatim, hodie vero convocatis iterum quibuscunque subditis in conspectu omnium, adiunctis consuetis admonitionibus publicari debent, de quibus adhuc notandum est, in rem iudicam illa non transire. Uti enim a decisis præfectorum ad Senatum Regiminis vel iudicia civitatum communitatumve ordinaria cuius provocare licet (56), ita idem etiam de re iudiciorum Vogtdingiorumve conclusis dicendum, quæ hoc respectu prioribus omnino æquiparantur.

§. XVII.

Iudicio hoc modo finito, actarius ex Protocollo extractum pœnarum decretarum domi conficit (57) quarum deinde executio a præfecto cuiuscunque loci commissæ est (58). Circa multas vero ipsas distinguendum, utrum ob delicta communitatum iura vel cultum divinum lædentia, an vero ob aliarum legum mandatorumque transgressiones dictatæ sint? Iste ærariis civitatum communitatumque vel priorum etiam corporum relinquuntur, si scilicet observantia quadam id introductum sit; hæ vero & reliquæ omnes fisco regulariter vindicantur (59).

§. XVIII.

Supereff, ut pauca quedam de expensis addamus, de quibus iam in Rescripto Ferdinando supra inserto quedam invenimus. Variis postea edictis Vogtdingiorum expensas epulasque olim usitatas restrictas legimus, inter quæ præcipue notandum est Rescriptum dd. 24. May. 1663, cuius passum concernentem supra iam allegavimus. Imprimis etiam Vogtdingiorum expensæ specialius determinatæ sunt, in *der General-Verordnung über das Land-Rechnungs- und Oeconomie-Wesen*. Cum vero hodie in hisce rebus ad Oeconomiam spectantibus Ordinatio, a. 1758, (sub nomine *der Commun-Ordnung* promulgata, pro norma habeatur, in hoc etiam capite solummodo ad illam esse recurrendum, quæ p. 36. & 37. quid quantumve cuique iudicium solvendum sit, accurate determinat; adiuncta simul ve cuique iudicium solvendum sit, accurate determinat; adiuncta simul gravissimarum pœnarum in illos præfectos comminatione, qui, licet iudicium non habuerint, pecuniam tamen pro eo sumere ausi fuerint. Ipsæ vero expensæ regulariter ex ærario universitatis solvuntur, nisi secundum antiquam quandam observantiam ex cassa camerali, vel aliunde præstari debeant (60).

§. XIX.

Notanda sunt in Wurttembergia præter iudicia memorata instituta quedam analogæ, illisque non plane ab similia, quibus ante omnia accenseri debent. I. Visitationes, quæ olim non sine fructu instituebantur, hodie vero

(56) G. R. de 1699. & 1718. apud Gerstlacher. T. I. p. 41.

(57) *Commun-O.* p. 134.

(58) L. O. P. 236. §. Sie unsere Am-

G 2

tenst sollen. p. 242. §. so nun die Rogungen. p. 254. §. auch ihr unsere Amt. &c.

(59) L. O. p. 242. *Commun-O.* p. 134.

(60) *Commun. Ord.* p. 38.

in desertudinem abierunt, provinciales (*die Land-Visitationen*) (*). Constabant illæ ex consiliariis quibusdam, qui a Principe eo fine in civitates mittebantur, ut inspiciant examinentque statum, tam politicum, quam ecclesiasticum, nævosque deprehensos, vel ipsi corrigant, vel pro illorum qualitate ad Cancellariam Principis referant. Officia illorum specialius determinantur in Instruktionem sub *ULRICO Duce a. 1546.* iam edita sub titulo: *Instruktion, was die Rätthe und Abgeordneten, so von wegen der Visitation in alle Aemter umbreyten werden, zu thun haben* (61). Plenior vero auctiorque huiusmodi Instructio extat in ordinatione ecclesiastica de a. 1582. (*in der großen Kirchen-Ordnung fol. 399.* sub titulo: *Land-Inspektion über alle unsere vorgehende Visitationen, Superintendentenzen und andere Ordnungen.* II. Visitationes ecclesiasticæ, a Superintendentibus specialibus quotannis in Dicecesi suscipiendæ, ubi in defectus circa statum ecclesiasticum, scholasticumque inquirendum est, super quibus deinde Relatio ad Superintendentes generales, ab his in annuo Synodali conventu proponenda, fieri debet (62). III. Censura ecclesiastica (*Kirchen-Censur, Kirchen-Convent*) in civitatibus pagisque a ministris ecclesiæ, præfectis, singulis ad minimum mensibus instituenda, ubi cause quædam ecclesiarum, scholarum, piorumque corporum ventilantur, vitiaque religionis, honestatisque præceptis adversa, castigantur (63). Quorum vero institutorum indolem tetigisse & indicasse heic sufficiat; cum unumquodque specialem tractationem accuratoremque exigat elaborationem.

(*). Differebant ab illis Commissiones speciales sub nomine *der Land-Vogt-Gerichts-Commissionen*, in illis civitatibus institute, quorum status corruptus superioris inspectionem necessario exigere videbatur, conf. ill. *MOSER von der Landes-Hobeit in Regierungs-Sachen*, p. 348.

(61) Quæ extat apud *SATTLER. in der Würtembergischen Geschichte unter den Herzogen T. III. ad. 78. p. 270.*

(62) Specialiora de illis invenies in *der Kirchen-Ord. p. 383.* præcipue vero in *Censura ecclesiastica p. 271. sq.*

(63) conf. *Censura eccles. p. 471. sq.*

DOCTISSIMO DOMINO AUCTORI.

S. P. D.

P R Æ S E S.

Quem mihi nuper admodum obtulisti libellum academicum, ne linea quidem immutatam TIBI reddo. Ita enim comparatus est, ut nullus plane dubitem, quin istius elaboratio, quam totam TUAM esse publice testor, apud æquos rerum arbitros non minorem TIBI doctrinæ, quam eius defensor, ad cuius societatem me invitare voluisti, dexteritatis laudem sit allatura. Accipe itaque meam, de felicissimo hoc studiorum Tuorum egregiorum sine gratulationem sincerissimam, & patere, ut TE bonis omnibus argumentis, non nisi a TE ipso sumtis, ex animi sententia commendem. Ita vale, res Tuas feliciter age, meque, quod facis, amare perge.

* * *

ULB Halle
005 362 318


3



VD18







B.I.G.

Farbkarte #13

DE
IUDICIIS
QUE
GERICHTE
VOCANTUR

1773,8.

VERSITATIS EBERHARDINO-
E MAGNIFICENTISSIMO
POTENTISSIMO DVCE ac DOMINO
DOMINO

15

ROLO

MBERGIÆ ET TECCIÆ rel. rel.
RE CONSULTORUM ORDINIS
AUCTORITATE
PRÆSIDE

ACOBO KAPFF

QUE DOCTORE ET PROFESSORE
BLICO ORDINARIO
RADU DOCTORIS
DEC. MDCCLXXIII.
DISPUTABIT
AUCTOR



DERICUS MALBLANC
INIMONTANUS
ASTERII DUCALIS ADVOCATUS.
SINGÆ. TYPIS REISII.

